
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

KW
390
M8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

XV d 789

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

JOHANNIS FREDERICI
BÖCKELMANNI JCti
Olim Anteceſſoris Lugduno-Batavi Celeberrimi

TRACTATUS
POSTUMUS
DE
Differentiis Juris Civilis, Canonici & Hodierni.

CORNELIUS VAN ECK, JCtus
edidit, recenſuit, & præfatione auxit.

390
M 8

Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage

TRAJECTI AD RHENUM,
Apud ANTONIUM SCHOUTEN

CIↃ. IↃ. C. XCIV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

PRÆFATIO
DE
Uſu, & Abuſu Juris Canonici & Hodierni, in inſtitutione Academicâ.

CORNELIUS VAN ECK
Auditoribus ſuis, cæteriſque juris Studioſis
S. P. D.

Offero Vobis, Nobiliſſimi Juvenes, in quorum gratiam typis deſcriptæ ſunt, Differentias *Iuris Civilis*, *Canonici*, *&* *Hodierni*, quas Vir Clariſſimus, &, dum fata Deusque ſinebant, de Jurisprudentiâ Romanâ bene meritus, JOH. FRED. BÖCKELMANNUS, Præceptor noſter, nunquam ſine debitâ grati animi teſtatione memorandus, auditoribus ſuis dictare, vel calamo deſcribenda dare, atque explicare ſolebat.

Quod hoc Opuſculum meâ curâ perfectius & accuratius in lucem prodeat, eſt quod mecum gratias agatis Nobiliſſimo, atque Eruditiſſimo,

& juris peritiſſimo Viro D. ALEXANDRO ARNOLDO PAGENSTECHERO, qui Juriſprudentiam noſtram in Academiâ Duisburgenſi magno applauſu, magnâ nominis celebritate feliciter docet & ornat. Hic, ut eſt Vir publicæ utilitatis, in primis quæ ad propagandos artis noſtræ terminos pertinet, ſtudioſiſſimus, mihique plurimis amicitiæ officiis conjunctiſſimus, me Exemplar ſuum cum meo conferre ac comparare paſſus eſt; ut quod uni deeſſet ex altero ſupplerem, atque ita prodiret opus & Böckelmanni memoriâ, & veſtrâ lectione, meâque interpretatione non indignum.

Ratio, quæ mihi perſuaſit, ut hunc poſtumum tanti Viri partum, diu neglectum, & cum blattis ac tineis certantem, à ſitu & ſquallore liberatum, tollerem atque in lucem emitterem, non una eſt. Nam & hâc ratione neglectum, ac tantùm non exſtinctum in his terris Juris Canonici ſtudium Vobis commendare, &, quantum in me eſt, in uſum revocare, atque ita commodi alicujus Commentarii, quem tempore Feriarum hybernarum Vobis interpretari liceret, copiam facere volebam.

Philoſtratus auctor eſt, Palamedem in caſtris Græcorum, qui Trojam obſidione premebant, luſum aleæ inveniſſe; ne milites, cum otia agerent, inertiâ & deſidiâ marceſſerent ac torperent. Ego, cum viderem otia hyberna

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

in hac Academiâ eſſe nimis prolixa, quam ut ſomnio, & nihil agendo ſint perdenda, exiſtimavi eſſe è re veſtrâ, & à votis parentum, aliorumque, à quorum nutu & arbitrio pendetis, quibusque ut negotii, ita & otii veſtri rationem Vos reddere oportet, non alienum, Vos aliquod habere & dulce & utile oblectamentum, quo animum aliis ſeverioribus ſtudiis fractum & fatigatum, ſine periculo ſeræ pœnitentiæ recreare ac reparare liceret. Quare non luſum aleæ, ut Palamedes, (quam, ſi fortè malo veſtro fato ei dediti eſtis, præſtaret dediſcere, quam, me docente, diſcere) ſed triplicis Juris differentias Vobis exhibeo, id eſt, rem ſeriam, jucundam, utilem, aptiſſimam denique quâ veſtrum tot dierum otium magno cum fructu oblectetis potius, quam irreparabilem tot bonarum horarum jacturam faciatis. Feriæ optimâ ratione introductæ ſunt, non modò in Studioſorum, ſed vel maximè in Profeſſorum commodum & utilitatem. Ego, quod omnibus licet, meo commodo, meo otio, ac privilegio ultrò & liberâ voluntate renuncio, Vobisque meam operam & induſtriam his ipſis Feriis promitto, & addico, qui veſtros profectus, veſtra ſtudia quovis tempore, modoque ut juvem, & promoveam, hoc unicè ſtudeo. Antiſtius ille Labeo totum annum ita diviſerat, ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex

menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret. Meum de veſtris ſtudiis benè merendi ſtudium eſt individuum. Librorum magnâ copiâ conſcribendorum, in quibus temerè in lucem propellendis periculoſa feſtinatio eſt, gloriam aliis relinquens, non ſex, ut Labeo ſed duodecim anni menſibus Vobiſcum eſſe cupio; modò veſtra frequentia & aſſiduitas meæ reſpondeat induſtriæ ac diligentiæ.

Cæterum ad illud ſtudiorum genus, cujus causâ hæc ad Vos inſtituta eſt præfatio, ſeriò amplectendum, ut alia multa, quæ omnia recenſere inſtituti ratio non ſinit, Vos excitare debent, & inflammare, ita vel hoc ſolum Vos movere oportet, quod *Canonici* non minus, quam *Civilis* Juris Doctores renunciari deſideretis, atque hunc ſuperbum non hujus, aut illius, ſed UTRIUSQUE JURIS Doctorum titulum captetis, &, velut aureum vellus, ac digniſſimum operæ, & impenſarum pretium domum reportare laboretis. In eo defixæ ſunt omnes curæ, omnes cogitationes veſtræ. Animadvertite autem, quàm turpe & pudendum ſit, doctrinam & peritiam promittere ejus rei, cujus nunquam Studioſi, nedum Docti fuiſtis. Ut difficile eſt alios docere, quod ipſi non intelligitis, ita ridiculum eſt Doctores, ſi Diis placet, appellari illius artis, quam fateri neceſſe eſt, Vos nunquam didiciſſe. Num alio genere inſaniæ agitantur illi UTRIUSQUE

JURIS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

JURIS Candidati, & Doctores, qui, ut de Civili Romanorum Jure nunc nihil dicam, in Jure certè Canonico, cujus tamen æque ſcientiam & doctrinam profitentur, ita plerumque ſunt hoſpites & peregrini, ut ne facillima quidem & tritiſſima ac tralatitia ejus principia vel primis labris deguſtaverint, nec omninò quid & quale ſit jus Canonicum intelligere videantur? Ut mirum non ſit his, cum aliquod Juris Pontificii capitulum explicaturi ſunt, ut in ſolenni Examine ſolent & debent Candidati, qui in Illuſtri Friſiorum Academiâ titulum Doctorum petunt, non aliter aquam hærere, quam ſi loca quædam vel ex Sybillinis Oraculis, vel ex Alcorano Turcico interpretanda eſſent.

Ut ab hoc vitio caveatis, & hunc ignorantiæ ſcopulum evitetis, dabo operam, ut Vos, qui aſſiduam & diligentem Studio Juris Civilis operam impenditis, vel certè impendere debetis, mediocrem ſaltem, me duce, *Iuris Canonici* notitiam conſequi poſſitis. Nam uti Vobis auctor non ſum, ut tantam laboris contentionem afferatis ad Jus Canonicum perdiſcendum, quantam ponere ſoletis in libris *Iuris Civilis* nocturnâ diurnâque manu verſandis; ſic generalia & præcipua *Iuris Canonici* capita & argumenta, à *Iure Civili* diſcrepantia, ſine pudore & ludibrio ignorare non poteſtis. In Corpore *Iuris Civilis*, tanquam auguſto Juſtitiæ,

& æqui boniq́ue templo, Juſtiniani manibus dedicato & conſecrato, habitandum; in Corpore *Iuris Canonici* peregrinandum, indeque collectis præſidiis, utriuſque Juris Conſulto neceſſariis, quaſi è diverticulo in viam, & ex peregrinis oris in patriam, ad *Ius Civile* Vobis revertendum, in eoque perſeverandum eſt. Sed ita ut UTRIUSQUE JURIS Doctorum titulum ac dignitatem decorè tueri poſſitis, exemplo Veterum JCtorum, qui, ut ipſa Jurisprudentia uti humanarum, ſic & divinarum rerum notitia eſt, ita tam ſacri, quam humani, tam Pontificii, quod tunc in uſu erat, quàm Civilis Juris periti fuerunt, & eſſe debuerunt, ut abſolverent illud exemplar perfectorum ac conſummatorum JCtorum, quod Vobis mihique ad imitandum reliquerunt.

Quia autem notitia *Iuris Civilis & Canonici* non ſufficit ad omnes partes boni JCti implendas, ſi *Ius Hodiernum*, in quo ei verſandum eſt, ignoret; quod turpe eſſe & patricio, & nobili, & cauſas oranti, jam olim Servio reſpondit Quintus Mucius; auctor hujus Opuſculi, quod Vobis ſcriptum, Vobis editum, Vobis explicandum eſt, operæ pretium ſe facturum exiſtimavit, ſi cum Differentiis *Iuris Civilis & Canonici* conjungeret *Mores Hodiernos*, qui ſæpe ab alterutro, rarius ab utroque hoc Jure divortium faciunt. Adeoque, ut *egregiè cordatus*

tus homo catus Ælius Sextus opus ſuum, quod, teſte Pomponio, *cunabula juris* continebat, inſcripſit *Tripartita*, quia & verba Legis XII. Tabularum, & interpretationem Ælii Sexti, & legis actiones, ſeu formulas agendi complectebatur; Ita & hic Libellus videtur mereri eundem titulum: quia continet & *Ius Civile*, quod Legi XII. Tabularum, & *Ius Canonicum*, quod interpretationi Ælianæ, & Jus *Hodiernum*, quod legis actionibus comparare lubet. Nam & *Ius Civile* magnam partem Legibus XII. Tabularum originem debet, & *Ius Canonicum* ſæpe nihil eſt aliud, quàm, ut olim Prætorum Edicta, viva vox *Iuris Civilis*, ejuſque ad negotia forenſia, ex æquitate facta, applicatio, & *Ius Hodiernum* litigandi viam ac rationem docet, in quâ magna his temporibus Juriſprudentiæ pars poſita eſſe exiſtimatur.

Verum hìc iterum monendi eſtis, ne, dum in Academiæ umbraculis verſamini, plus *Iuri Hodierno*, quàm *Iuri Civili* tribuatis. Nota eſt, fateor, Petronii querela, *adoleſcentes in Scholis fieri ſtultiſſimos, quia nihil ex iis, quæ in uſu habemus, vel audiunt, vel vident, ſed hoc tantum proficiunt, ut, quum in forum venerint, putent ſe in alium terrarum orbem delatos.* Sed ut hoc veriſſimè de fictis Declamatorum fabulis pronunciavit ille elegantiſſimus nequitiæ Arbiter, ita nullâ prorſus ratione

affirmari poteſt de Juriſprudentiâ Romanâ, quæ, ſi pauca capita excipias, non minorem in luce ac concertationibus Fori, quam in umbrâ & Diſputationibus Academiæ uſum habet, & utilitatem. Ita ut illa ipſa tantopere jactata Praxis hodierna, ſi rem ex vero æſtimemus, domi nobis naſcatur, & in fundo noſtro, ex cujus laticibus adeò maximam partem hauſta eſt & derivata, ut, ſi reviviſcerent primi illi Juris noſtri conditores, & cum Pragmaticis ex jure manum conſertum venirent, aut interdicto contenderent, ac vindicarent, quæ ex fundo ſuo ablata ſunt, aut de tigno juncto experirentur, intelligerent magno ſuo damno plurimas ſe leges Hodierni & Noviſſimi Juris (quod noſtro, tanquam obſoleto, & quaſi caligine quâdam neglectæ vetuſtatis obducto, ad augendam invidiam, quâ nos premunt, opponere ſolent) Imperatorum Reſcriptis, Prætorum Edictis, Prudentum Reſponſis ac Diſputationibus debere. Quæ ſi injuſtis poſſeſſoribus ablata, dominis & auctoribus ſuis reſtituerentur omnia, non haberet quo ſe tegeret, aut jactaret forenſis illa Praxis, furtivis coloribus nudata; & liquidò conſtaret, quantum agris & latifundiis Juris Romani detraxerint, ac poſſeſſionibus ſuis adjecerint illi, qui Praxin à Jure Civili, id eſt, Juriſprudentiam à ſe ipſâ, veluti res longè diverſas ac disjunctas dividunt. Litigandi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

autem, & actiones inſtituendi, diſceptandique viam modumque, pro diversâ Reipublicæ ratione ac formâ, varium & mutabilem, quis non intelligit Vobis, ex Academicis exercitationibus in pulverem & aciem forenſem productis, ex ipſo potius rerum uſu, qui eſt optimus rerum quotidianarum magiſter, quam ex umbraticis Academiarum auditoriis petendum eſſe? Quid alii ſentiant, & quam in partem, quod dicturus ſum, ſint accepturi, neſcio, nec magnopere curo; Ego quidem nunquam probare potui, neque, ſi Deus mihi ſanam mentem relinquat, unquam probabo eorum inſtitutum, qui hoc unicè agunt, ut variorum populorum morumque circumforaneam Praxin, quam vocant, in Academiarum ſpatiis cum Juriſprudentiâ Romanâ inæquali conjugio copulant; quo nullum brevius ad perdendas & peſſumdandas omnes JCtorum ſcholas, & remoranda ac retardanda ſtudia veſtra, compendium excogitari poſſe, mihi quidem videtur. Quanquam enim, ut Cicero, & multò magis ipſa ratio docet, nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magnâ laude dignum, ſine uſu & exercitatione conſequi valeant; idque de nullâ diſciplinâ verius, quàm de Juriſprudentiâ affirmari poſſit, quæ tota quanta eſt, practica eſt & popularis; utpote quæ non in umbraticis ac tene-

tenebricoſis, concertationumque plenis diſputationibus, plus ſæpe ſubtilitatis, quàm utilitatis habentibus, ſed in luce fori ac Reipublicæ occupata eſt; hactenus tamen mihi perſuaderi non potuit, eſſe è re Studioſæ Juventutis variarum gentium mores per ſaturam & cumulatim coacervare, & inculcare, ubi generalia juris æquabilis præcepta ſunt exponenda, & tradendæ leges, quæ ſe dudum univerſo orbi Europæo, tanquam fontem æqui bonique, probarunt & commendarunt. Quare gaudeant ſanè ſuâ, in quâ tot ſibi ſuiſque auditoribus delicias faciunt, ſententiâ, qui nil niſi populorum mores, & Curiarum Decreta ac Deciſiones crepant, & in inſtitutione Academicâ, illâque *Iuris Hodierni* cum *Civili* conjunctione, *Praxi* primas deferunt; eſto, nil leges, ut ait poëta, ſine moribus vanæ proficiant; non equidem invideo, miror magis laborioſiſſimum eorum otium: Quam enim illi Juris Noviſſimi amatores ſimul, & Veteris contemtores Praxin docebunt in Academiis? Variam & multiplicem ſingulorum populorum, credo. At magnopere vereor, ne operam ludant Præceptores, inconſulti abeant Auditores, quibus in Academiis conſeneſcendum eſſet, anteaquam non pœnitendam tam vaſtæ ac diffuſæ ſcientiæ notitiam ſibi comparare poſſint.

Praxin autem univerſalem, & omnium po-

popu-

pulorum communem docendam diſcendamque contendent? Atqui, aut omnia me fallunt, aut Praxis univerſalis nulla eſt, niſi in ipſo Corpore Juris Civilis, quod tam conſpirante omnium populorum uſu, atque conſenſu ubique locorum receptum eſt, ut ne ipſi quidem immani & juratiſſimo Chriſtiani nominis hoſti, Turcæ magna ejus pars, Codex Juſtinianeus, in ſuâ linguâ deſit. Jus autem hodiernum pro variâ cœli ſolique ratione, & genio populorum, variè mutatur & inflectitur, fingiturque, ac refingitur. Quod citrà Alpes horribili flagello coërcetur, ultrà Alpes ne ſcuticâ quidem animadvertitur. Quod hìc jus, alibi injuria eſt. Si quis autem in tantâ Studioſorum, ex variis terrarum partibus affluentium, frequentiâ, unius, vel alterius populi, Batavi fortè, vel Ultrajectini mores exponendos putet, & Auditores omnes, ſive Germanos, ſive Gallos,

Et penitus toto diviſos orbe Britannos,

ſive Geldros denique, ſive Friſios, alioſque, quos recenſere longum eſſet,

Tros Rutuluſve fuat, nullo diſcrimine habendos;

Ut de illis non omninò malè merebitur, qui oriundi ſunt ex illâ Regione, cujus Statuta & Conſuetudines explicantur; ita reliqui, qui ſe ſuaque ſtudia debent patriæ, alio ſub ſole calenti, ſurdis auribus, nec ſine tædio, nec ſi-

ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

ne operæ, pretii, &, quod utroque acerbius eſt, ſine temporis diſpendio, quæ docentur, accipient, & poſtquam ita luſerint, & deluſi fuerint in Scholis, ridebuntur, & ludos ſuo ſumtu præbebunt in Foro; in quod metuendum eſt, ne nihil, præter horarum malè collocatarum pœnitentiam afferant. Satis deploranda eſt fundi noſtri calamitas, quod parentes, dum ad vota properant, cruda liberorum ſtudia, ut quam citiſſimè quæſtum facere poſſint, præcipiti feſtinatione in forum propellant. Et nos, ne parum cum inſanientibus furere, & vileſcentis hodie Juris Romani faſtidia juvare videamur, ipſum Forum, quaſi equum Trojanum, in Academiam, ubi animi communis, id eſt, Romanæ Juriſprudentiæ præceptis ſunt componendi, introducemus?

Ne quis tamen de ratione inſtituti noſtri iniquius exiſtimet, quàm par eſt, meque omnem *Practicam* Juris cognitionem ex Academiis relegatam velle putet, ſic cenſeo: ſi quis ſine noxâ, & tædio peregrinorum, hujus vel illius Regionis Juriſprudentiam, in *Collegiis* peculiaribus, hunc ſolum in finem inſtitutis, docere velit Juvenes in illâ natos, & in eâdem cauſas dicturos, vel judicaturos, & jam Juris Romani, poſitis tyrocinii rudimentis, quantum ſufficit, peritos; tantum abeſt, ut improbem ſaluberrimum conſilium, ut potius ſummis laudibus

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

in cælum feram, nihilque putem ad maturandos ſtudiorum profectus excogitari poſſe accommodatius; Maximè ſi ad vocem Profeſſoris accedat vox Eruditorum Patronorum, cauſas orantium, & uſus atque exercitatio forenſis, cujus Vobis, Præſtantiſſimi juvenes, ſingulari & raro beneficio hìc in ſummo Trajectinæ Reipublicæ tribunali conceſſa eſt facultas. Nimis notum eſt laudandum, & utiliſſimum, ac noſtrâ, veſtrâque imitatione digniſſimum conſilium Viri Clariſſimi, & longè Eruditiſſimi, Præceptoris mei, multum de me, plurimum de Veteri, & Hodiernâ Juriſprudentiâ meriti, & indies merentis, D. JOHANNIS VOET, qui in vicinâ Academiâ in gratiam Batavorum, Batavicam Juriſprudentiam tanto cum ſucceſſu docet, & cum Romani juris ſcientiâ, publicâ auctoritate conjungit. Nunquam melius actum fuit cum Juriſprudentiâ, quàm felici illo, & aureo Seculo Auguſti, quo JCti in atrio ſuo, veluti in amplo aliquo tribunali, eâdem operâ diſcentibus inſtillabant principia juris, quâ conſulentibus de jure reſpondebant. Quam raram temporis felicitatem ut optare liceat, ita ſperare non licet. Quando autem nobis non licet eſſe tam beatis, ut certo aliquo & æquabili Jure Hodierno, non dico per Europam, ſed vel per has fœderatas, conſociataſque Civitates, imò ne per ſingulas quidem cujuſque Civi-

Civitatis Urbes, & Municipia, utamur; nullâ ratione fieri poteſt, ut eandum, hac quidem in parte, obſervemus, in docendo, interpretandoque Jure viam, quam Veteres illi JCti ſecuti ſunt, & tutò ſequi poterant, ac debebant, cum in eâ viverent Republicâ, quæ victricibus armis univerſum ferè terrarum Orbem ſubegerat, & ad Juris ſui obſervantiam obſtrinxerat. Quod ampliſſimum Imperium cum nunc in mille partes ſit divulſum ac dilaceratum, plurimoſque Dominos agnoſcat, & diverſiſſimis ac contrariis ſæpe legibus gubernetur, nihil ſupereſt, quam ut in Academiis, ad quas ex omnibus Orbis terrarum partibus affluunt Themidis cultores, illud potiſſimum Ius doceamus, quod ſine controverſiâ eſt omnium maximè commune, & hodieque cultiori & politiori Orbi dominatur. Quæ autem Praxis à Jure Civili Romanorum diverſa in Academiis à Profeſſoribus docenda, & à variis variarum gentium ac nationum Auditoribus, eaſdem *Lectiones*, eadem *Collegia* ſectantibus, diſcenda eſt; eam ex *Feudalis* præcipuè, & *Canonici Iuris* libris diſcendam docendamque cenſeo, ad quorum præſcriptum ordo Judiciorum in omnibus ferè Europæ, quà latè patet, tribunalibus eſt inſtitutus. In quibus, Vobis, Nobiliſſimi Juvenes, meam quoque, ſi ut ego docere, ita Vos diſcere parati eſtis, operam promitto & diligentiam. Sed

Sed jam audire videor homines, neſcio quos, non eâ, quâ decet, æquitate, de ratione inſtituti noſtri & utilitate Juris Pontificii judicaturos. Hi *Canonici Iuris* doctrinam in his Academiis *Reformatis* ſe ferre poſſe negant, quod nec moribus noſtris unquam receptum ſit, nec Pontificis Romani Majeſtatem in divinis, nec legum ferendarum poteſtatem in humanis rebus agnoſcamus; quod hoc Jus injuſtum, ut illis quidem videtur, innumeris erroribus, turpibus nævis, craſsâ ignorantiâ paſſim fœdatum ſit, ac conſpurcatum. Quibus ut ſatisfaciam, & ad hæc accuſationis capita paucis reſpondeam, & ſimul, Vos, Nobiliſſimi Juvenes, his, & id genus aliis, fatali horum temporum inertiæ & deſidiæ lenocinantibus ſermonibus auferri non ſinam, illud in primis obſervare Vos velim, tantum abeſſe ut hoc Jus Pontificium, quod illi tantopere contemnendum putant, nullum in his Regionibus habeat uſum, ut patrum noſtrorum memoriâ, quando libertas jacebat hiſce

In terris oppreſſa gravi ſub relligione;

maximam partem uſu receptum, & diſceptationum forenſium forma ad ejus præſcriptum & amuſſim fuerit inſtituta. Licet autem, poſteaquam, libertate poſtliminio reversâ, & illuceſcente purioris ac emendatioris pietatis cultu, in ſolius terrarum Domini Deique Chri-

ſti verba ſacramentum præſtare didicimus, Pontificis Romani poteſtatem ejuraverimus; Juris tamen Canonici obſervatio adeò nec contrario uſu obliterata, nec ſummæ majeſtatis voluntate abrogata & è foris ac tribunalibus eliminata eſt, ut non modò Pontificii, ſed & qui puriori religioni nomen dederunt, non ex alio, quàm ex Pontificio jure plurimas juris controverſias diſceptent, & decidant, certè vix alium agendi modum in triturâ forenſi obſervent, quam qui Canonibus præſcriptus, & à majoribus receptus, ac inveteratâ conſuetudine probatus & confirmatus eſt. Ut nimis iniquos rerum arbitros eſſe oporteat, qui vituperant Jus, quod nec mutata Reipublicæ forma, nec ejurata, unde ortum eſt, Religio, nec uſus, qui, ut verè Livius ait, optimus eſt legum corrector, longo tempore & experiundo arguit tantæ, quantam illi jactant, ineptiæ & iniquitatis.

Cum verò *Ius Canonicum* contemnunt, quod conditum ſit à Pontificibus, hominibus ſæpe omni vitiorum colluvie inquinatiſſimis, & à ſcientiâ æqui bonique alieniſſimis, neſcio an ſatis ſeriò agant. Nam ut taceam hoc elogium de omnibus ſine injuriâ & calumniâ prædicari non poſſe, quis unquam *Ius Civile Romanum* vel iniquitatis vel imperitiæ poſtulavit, quod Caracallas, Heliogabalos, aliasque humani generis peſtes auctores habeat? Quis unquam

quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

quám æquus rerum æſtimator legiſlatorum vitia legibus imputavit? Ut hi ſuos Papinianos, Ulpianos, Paulos, quorum in condendis legibus ope conſilio utebantur, adhibuerunt, ita Pontifices Romanos, ſi qui fuerunt juris imperiti, ut certè fuerunt, vel non omnes eâdem laboraſſe inſcitiæ culpâ, vel operâ virorum, ut ea ferebant tempora, juris peritorum fuiſſe uſos, nemo negabit, niſi hoſpes in libris Juris Canonici.

Denique ſi quos huic Juri ineptiæ vel iniquitatis nævos & maculas adſperſit Pontificum imperitia, aut nimium amplificandæ uſurpatæ poteſtatis ſtudium, vel ſola, ſi alia deeſſent, ei commendando ſufficerent tot ſaluberrima Patrum Eccleſiaſticorum, nondum depravatis & in pejus ruentibus Orbis & Eccleſiæ moribus, veræ æquitatis pietatiſque præcepta, quibus Conſtitutiones Canonicæ, veluti ſtellis quibuſdam & gemmis, paſſim illuſtrantur & illuminantur. Quod ſi Imperatores Ethnicos, à vero Dei cultu alieniſſimos, Pontificibus, ut ab antiquâ illâ pietate Apoſtolicâ remotis, ita Religionem tamen Chriſtianam profeſſis, præferre lubeat; non vereor tamen ne vel *Juris Civilis* dignitati nimium detraxiſſe, vel *Juri Canonico* plus, quam par eſt, & JCtum decet, tribuiſſe videar, ſi Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymum, cum Papiniano,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Paulo, Ulpiano; ſi Gregorium IX cum Juſtiniano; ſi Gratianum denique cum Tribonimo conferre ac contendere ſuſtineam.

Quid dicam de Decimis, de jure Patronatus in miniſteriis Eccleſiaſticis, de aliis denique ſexcentis argumentis, quæ ex uno Jure Canonico hauriri, &, ut inter Pontificios ſemper, ita inter Chriſtianos *Proteſtantes*, quos vocant, plerumque decidi ſolent? De his aliisque qui *Iuris Canonici* ignari, Oraculum *Iuris Civilis* conſulunt,

Inconſulti abeunt, ſedemque odere Sybillæ.

Hæ, & quæ id genus aliæ adduci poterant, rationes me movent, ut, quod Pinellus de *Theorico* Juris Romani *ſtudio* cum *Praxi* conjungendo cenſuit, id de hac *Iuris Canonici* cum *Civili* ſocietate verius fortaſſe affirmari poſſe exiſtimem: Nec *Ius Civile* ſine *Canonico*, nec hoc ſine illo ſolidam digeſtamque juris ſcientiam præſtaret poſſe.

—— *Alterius ſic*

Altera poſcit opem res, & conjurat amicè.

Quâ in re ſi forte mihi fidem non habetis, at credite Viris Clariſſimis & utriuſque Juris periſſimis, quorum teſtimonia appoſui, ut Vos tantis ducibus & auctoribus ad hanc *Iuris Civilis* cum *Iure Canonico* conjunctionem amplectendam magis magiſque excitarem; non alium in finem, quàm ut in præcipuis utriuſque

juris

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Juris Differentiis perdiſcendis horas ſubciſivas, quas alii malè feriati otio & inertiâ conſumere ſolent, collocetis. Quod ſi meo periculo feceritis, nunquam Vos vel veſtri laboris, vel operæ meæ pœnitebit. De meâ promittere & affirmare, de veſtrâ benè ſperare audeo diligentiâ & aſſiduitate. In me mora non erit ulla, quò ſtudiis & profectibus veſtris, quos juviſſe in maximâ ſemper honoris & gloriæ parte ponere ſoleo, in hoc quoque Juriſprudentiæ genere prodeſſe poſſim. Vos modò, quod facitis, pergite eâ, quâ decet, curâ & induſtriâ rem gerere. Valete, & meis de ſtudiis veſtris benè merendi conatibus favere pergite.

Scribebam Trajecti ad Rhenum ipſis Idibus Decembris 1693.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

TESTIMONIA
DE
Utilitate & Neceſſitate
JURIS CANONICI.

Verba FRANCISCI DUARENI JCti, *in Præfatione, præmiſſâ Commentariis de Sacris Eccleſiæ Miniſteriis ac Beneficiis, in quâ de univerſo Iure Pontificio, ac de inſtituto ſuo diſſerit.*

„CUm de Jure Canonico ſive Pontificio „aliquid ſcribere inſtituerem, ſatis pro-„ſpiciebam fore, ut hoc conſilium meum in „varias reprehenſiones incurreret. Non enim „adeò rerum imperitus ſum, ut non intelli-„gam, quàm malè audiat hoc tempore iſtius „juris profeſſio, quamque diſpliceat non vul-„go tantum & imperitæ multitudini, ſed iis „etiam, qui cæteris acutiores, acrioriſque judi-„cii haberi volunt. Nam pleriſque perſuaſum „eſt, jus Pontificium nihil aliud eſſe, quàm „inconditam quandam Decretorum, & Con-„ſtitutionum farraginem, à ſemidoctis Pontifi-„cibus ad quæſtum magis, quàm ad Reip.

„Chri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

„ Chriſtianæ commodum editarum: cujus nec
„ liberalis cognitio, nec admodum neceſſaria
„ videatur. Nec deſunt, qui totum hoc jus
„ plenum erroribus eſſe, non obſcurè teſtan-
„ tur. Alii tametſi multa præclara & utilia ju-
„ re Pontificio contineri non inficientur, tamen
„ quia partim ea in deſuetudinem abiiſſe vi-
„ dent, partim duplomatibus Pontificum vena-
„ libus ferè ſubverti ſolere, inanem prorſus
„ noſtrum eſſe laborem contendunt, nec ullam
„ in hoc genere doctrinam reconditiorem ma-
„ gnopere requiri dictitant, ſed eam ſufficere,
„ quæ in foro uſitata ſit, & ex vulgaribus com-
„ mentariis hauriatur. Non neceſſe habeo hìc
„ commemorare, quoties mihi cum his dimi-
„ candum fuerit, qui vicem meam (ſi Diis
„ placet) non mediocriter dolere ſe dicerent,
„ quod ſtudiis gravioribus omiſſis, in his nu-
„ gis ineptiiſque tempus contererem. Quorum
„ ego judicium, & auctoritatem ut prorſus
„ non contemno, ita rationes aliquas habere
„ mihi videor, quibus hoc inſtitutum, con-
„ ſiliumque meum bonis & eruditis homini-
„ bus approbare facile poſſim. &c.... Hæc de
„ Pontificio, ſeu Canonico jure, deque noſtro
„ inſtituto paulò fuſius præfari volui, ut quan-
„ ta ſit hujus Juris non ſolum utilitas, ſed etiam
„ dignitas quædam & amplitudo, iis præſertim
„ juvenibus, qui liberalius inſtituti, cane pe-

,, jus & angue Ius Pontificium oderunt hoc
,, tempore, planum facerem, & ſimul oſten-
,, derem in re tenui, jejunâ & abjectâ, ut eſt
,, quorundam perſuaſio, tantam me operam
,, non collocaſſe. Nam ceteris, qui nullâ re
,, magis, quàm quæſtu & lucro commoven-
,, tur, quales permultos alunt ferè tribunalia,
,, ſupervacanea fortaſſis oratio noſtra futura
,, eſt: cum hi vel eo ſolo nomine jus Canone-
,, cum amplectantur, ac velut filiolam exoſcu-
,, lentur ſuam. Iis enim litibus, quæ ex re-
,, bus Eccleſiaſticis oriuntur, & jure magis
,, Pontificio, quàm Civili dirimuntur, omnia
,, vix fora hodie ſufficiunt. *& quæ ſequuntur.*

Verba MATTHIÆ STEPHANI JCti, *in Tractatu de Iuriſdictione, in Libri Tertii Præfatione, ubi diſſeritur an, & quatenus Ius Canonicum in* REFORMATIS SCHOLIS ET JUDICIIS *ſit admittendum, docendum, & obſervandum, itemque de ejus neceſſitate & utilitate.*

,, PRæterea Juris Canonici utilitas perſpici-
,, tur in *libro Secundo Decretalium*, ubi
,, ea, quæ ad proceſſum, & judicia præcipue
,, ſpectant, tractantur. Qnanti autem momen-
,, ti res ſit, in regionibus, auditoriis & Princi-
,, pum curiis, tenere legitimam viam & metho-
,, dum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

„ dum, cujus beneficio ſaltem controverſia
„ ritè inſtituatur, & lite conteſtatâ optimè pe-
„ ragatur, & citiſſimè finiatur, quis non te-
„ net? Quod ſi itaque Jus Canonicum in totum
„ abjecerimus & repudiaverimus, non tantum
„ inſignes magnarum controverſiarum defini-
„ tiones ſive deciſiones ex jure naturali peti-
„ tas, apud Romanos quidem nunquam au-
„ ditas, ſed tamen à jure Romano non alie-
„ nas; ſed etiam viam & methodum litigan-
„ di ſive proceſſum juris expeditiſſimum, &
„ foro noſtro accommodatiſſimum, amitte-
„ mus, qui non minus laudis & utilitatis,
„ quàm jus ipſum continet.... Cum & utilitas
„ & neceſſitas Juris Canonici exinde notoria
„ ſit, quod fieri videmus, ut omnes illos qui in
„ Academiis docere, vel in ſubſelliis Iudicio-
„ rum agere, ſive decidere cauſas velint, non
„ Civilis tantum, ſed & Canonici Juris peritos
„ & conſultos eſſe oporteat. Non decet ita-
„ que affectatiùs Ius illud, cujus nos Docto-
„ res profitemur, impugnare. Potius eo in-
„ cumbendum eſt nobis, ut alios diſcentes
„ ad utrumque Jus, Civile & Canonicum, con-
„ jungendum adhortemur. Sic namque vul-
„ gari proverbio novimus, quod Canonum
„ peritus, niſi idem Iuris Civilis ſcientiâ inſtru-
„ ctus ſit, inter rudes & imperitos numeretur.
„ Et non eſſe interpretem idoneum Juris Ca-

„ nonici, niſi idem ſit Juris Civilis peritiſſimus,
„ notavit Cujacius *in cap. quo ad conſultatio-*
„ *nem. X. de ſent. & re Iud.* Et Baldus alibi
„ dicebat: niſi quis ſciat Canones cum legi-
„ bus, non poteſt Practicam cognoſcere: cum
„ nimirum Jus Canonicum ſit medulla legum,
„ & Praxis Juris Civilis. Ac Jure Canonico
„ maximè illuſtrari Civilem ſcientiam, &
„ actiones politicas, quilibet in negotiis poli-
„ ticis verſatus fateri cogitur.... Et cum in
„ Jure Canonico multa occurrant impia & ſu-
„ perſtitioſa, quæ ſine peccato ſuſtineri non
„ poſſunt, illa & ſimilia ſunt legenda, non
„ ut teneantur, ſed ut repudientur. Quin
„ & Jus Civile multa habet, quæ cum verbo
„ Dei non omninò congruere videntur: ne-
„ mo tamen Jus Civile idcirco abjiciet.....
„ Non tamen eo ipſo, quod Jure Canonico
„ utimur, ipſius Pontificis ſubditos nos eſſe
„ profitemur, vel jugum ipſius agnoſcimus:
„ cum nec omnia libris Canonicis contenta ap-
„ probemus & recipiamus. Non enim uti-
„ mur Jure Canonico, propter ipſum aucto-
„ rem Pontificem, ſed quia illæ leges Ponti-
„ ficiæ, quibus utimur, ſunt cum Iure Natu-
„ rali conſentaneæ, & à Magiſtratibus noſtris
„ receptæ, & approbatæ.

Verba

Verba ARTHURI DUCKII JCti, *in Tractatu de Uſu & Auctoritate Iuris Civilis Romanorum in Dominiis Principum Chriſtianorum*, *Lib.* 1. *Cap.* 7. ℣. 4. 10. 13. 14. 15. 16. 19.

„ DEcretum Gratiani plurimi laudant, „ quod maximam utilitatem juris huma„ni divinique Profeſſoribus attulerit, & quod „ abundet aureis ſententiis Patrum & Conci„liorum, quæ antiquam religionis Eccleſia„ſticæ diſciplinam renovarunt..... His modis „ Jus Canonicum in omnibus nationum Chri„ſtianarum Academiis & Curiis admiſſum eſt, „ tantamque poſteà apud omnes auctoritatem „ habuit, ut deinceps non eſſet contentioni „ locus inter Jus Civile Romanorum, & Jus „ Canonicum; ſed utrimque concurrerent, „ & in multis alterum alteri cederet, & ſeſe „ mutuò ornarent, & amplecterentur. Ut „ enim leges non dedignantur imitari ſacros „ Canones, *Nov.* 83. ita Canones Juris aucto„ritatem æquitatemque imitantur, *C. ſi in* „ *adjutorium. & C. ſeq. diſt.* 10. *C. propter. C.* „ *biduum.* 2. *qu.* 6. *C. quo Iure. diſt.* 8. & alte„rum ab altero invicem ornatur..... Unde ab „ interpretibus utriuſque jnris traditum eſt, „ Jus & Civile & Canonicum in unam ſocie„tatem & conſonantiam coiiſſe, eaque ita eſſe

inter

„ inter ſe revincta & cognata eſſe, ut alterum
„ ſine altero conſiſtere non poſſit, & commu-
„ ni vinculo ſe mutuò complectantur..... In
„ eo verò reprehendunt alii Jus Canonicum &
„ Pontifices Romanos, qui forſan nimio vel
„ ſuæ dominationis amplificandæ, vel leges
„ Imperatorum imitandi ſtudio, Conſtitutio-
„ nes ſuas in rebus tam profanis, quàm Ec-
„ cleſiaſticis ediderunt. Illud primus incæpit
„ *Alexander Tertius*, Juris Civilis peritiſſimus,
„ quod ante Pontificatum Bononiæ profeſſus
„ fuerat, & cauſas in foro Eccleſiaſtico ſecun-
„ dùm formam Juris Romani tractari juſſit,
„ eumque imitati ſequentes Pontifices Inno-
„ centius Tertius, Honorius Tertius, Grego-
„ rius Nonus, Bonifacius Octavus, Clemens
„ V. aliique plures condiderunt Conſtitutiones
„ in Jure Canonico, tam de Judiciorum Re-
„ gulis, & cauſis civilibus, quàm de vitâ mo-
„ ribuſque Clericorum, & in judicandis omni-
„ bus cauſis è Dominiis Principum Chriſtia-
„ norum non modò per appellationem, ſed
„ & in primâ inſtantiâ ſeſe intromiſerunt; quæ
„ tamen omnia tantâ cum prudentiâ, juſtitiâ,
„ æquitateque præſtiterunt, ut Principes po-
„ pulique Chriſtiani plurimi, qui cum Pon-
„ tificibus de poteſtate contenderent, eorum
„ Conſtitutiones, Judicia, Deciſiones admit-
„ terent..... Univerſum Jus Canonicum pu-
„ blicè

„ blicè docetur in omnibus Academiis Gal-
„ liæ, ubi juris ſtudia inſtituta ſunt. Hiſpa-
„ ni pariter deficiente jure ſuo Regio ad Jus
„ Canonicum recurrunt, & ex eo cauſæ in
„ judiciis ſuis deciduntur. Hungari porrò &
„ Dani aliique leges ſuas magnâ ex parte à ju-
„ re Canonico deſumtas eſſe profitentur. Et
„ Jus Canonicum apud Nos (*ſcilicet Anglos*
„ *& Scotos*) receptum fuiſſe, ſatis conſtat, *Cujac.*
„ *ad c. 9. & 38. X. de appellat. & ad c. de illis. 6.*
„ *X. d. Delp. impub. Gentil. Lib.* 1. *d. Nupt. c.*
„ 19. cum maxima pars Conſtitutionum De-
„ cretalium in Jure Canonico à Pontificibus
„ Romanis ad Nos de controverſiis Anglica-
„ nis tranſmiſſa reperiantur. Illud porrò in Iuris
„ Canonici laudibus eximium eſt, quod Prin-
„ cipes Proteſtantes Germanici, aliique, poſt-
„ quam ab Eccleſiâ Romanâ ſeceſſerant, *Lu-*
„ *theri & Calvini* doctrinam amplexi, omnem-
„ que Pontificis Romani poteſtatem abdicaſſent,
„ Ius tamen Canonicum non excuſſerunt, ſed
„ eo in cauſis ſuis decidendis etiamnum utun-
„ tur, eodem planè modo, ſicut Principes Eu-
„ ropæi, poſtquam renunciaverant Cæſarum po-
„ teſtati, leges tamen Cæſareas adhuc obſer-
„ vant. Et licet Martinus Lutherus, zelo præ-
„ poſtero & inconſulto ductus, Juris Canonici
„ libros, repugnantibus JCtis, Wittebergæ com-
„ buſſerat, Juris tamen Canonici uſum ab eo

„ tem-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

„ tempore Saxones, Brunſvicenſes, cæterique
„ Proteſtantes ſemper conſervarunt, nullâ in eo
„ mutatione admiſſâ, ſicut in Auguſtanâ Con-
„ feſſione conſenſerunt, Iuſque Canonicum
„ Wittebergæ, & in aliis Proteſtantium Aca-
„ demiis adhuc publicè docetur..... Denique
„ Juris Canonici non utilitas modò, ſed Ne-
„ ceſſitas etiam ab omnibus nationibus Chri-
„ ſtianis agnoſcitur: eo enim ſublato, non ha-
„ bemus juſtam in cauſis forenſibus procedendi
„ formam, quæ in *libro Secundo Decretalium*
„ continetur, & careremus Deciſionibus plu-
„ rium arduarum & illuſtrium controverſia-
„ rum ex Jure Naturæ & Gentium deſumtis,
„ quæ in Juri non Civile reperiuntur, ipſiq; Ju-
„ riſconſulti ſine conjunctâ utriuſq; Iuris ſcien-
„ tiâ imperiti habebuntur, cum Interpretes Ca-
„ nonum rudes dicantur, ſi non ſint inſtructi
„ ſcientiâ legum Romanarum, & Interpretes
„ Juris Civilis ſine Canonici juris peritiâ pro
„ Juriſconſonſultis idoneis palrùm habeantur,
„ Juſque Canonicum & Civie ita jam cohæ-
„ rent, ut ſine utroque jure nemo poſſit dici
„ Iuriſconſultus, & utrumque jus penitus igno-
„ ret, qui unicum tantùm ſe ſcire contendit.

Verba

Verba EVERHARDI SPECKHANII ICti, *olim in Academiâ Iuliâ, quæ eſt Helmſtadii, Anteceſſoris, in Exegi ſi Univerſi Iuris Romani Cæſarei & Pontificii. pag.* 465.

„ NOs tamen iſtis præjudiciis, rationibus, „ & argumentis, quantumvis plauſibili- „ bus & ſpecioſis, nihil obſtantibus, ad ocu- „ lum aliàs demonſtrare conabimur, Ius Pon- „ tificium neque origine, neque rerum, quæ- „ ſtionum & deciſionum magnificentiâ, digni- „ tate, gravitate, utilitate & neceſſitate, neque „ ordinis, diſpoſitionis, connexitatis, & cohæ- „ rentiæ elegantiâ, maximè quoad Decretales; „ neque rationabilitate, ἐπιεικεία, æquitate, & „ humanitate; neque compilatorum & gloſſato- „ rum, veterum & recentiorum, fide, diligentiâ „ eruditione, ſufficientiâ, hodie in Imperio Ro- „ mano-Germanico, juri Cæſareo in nihilo eſſe „ poſtponendum, ac proinde in ſcholis, politiis, „ & judiciis Chriſtianis Reformatis repurgatis, „ non tantùm retinendum, ſed ſimultaneo ſtu- „ dio, cum Iure Cæſareo conjungendum eſſe.

Verba Viri Ampliſſimi & Eruditiſſimi D. GERHARDI VAN MASTRICHT, IC. &c. *in Dedicatione præmiſſâ Dialogis Antonii Auguſtini de Emendatione Gratiani.*

„ ATque hæc ſecundò me impulit, ut hos „ Auguſtini Dialogos ederem, eiſque

„Hi-

„ Hiſtoriam de Ortu & Progreſſu Iuris Eccleſia-
„ ſtici præmitterem, ut poſtliminio Studioſos ad
„ ſtudia hæc revocarem, oſtenderemque, non tam
„ ea eſſe ſterilia, ut quidam ſibi aliiſque eheu!
„ falſò perſuadere conantur, neque poſſe Iuris-
„ prudentiam noſtram, quæ rerum divinarum &
„ humanarum notitia & ſcientia audit, abſque iis
„ perfici. Videmus enim etiam Ethnicos Iuris-
„ conſultos, utramque conjunxiſſe Iuriſpruden-
„ tiam, ſacram & prophanam, quod docti, qui
„ ſua de veteri Iure Pontificio Romano edide-
„ runt, affatim demonſtrarunt. Nec eſt quod
„ quis excipiat, fuiſſe ejus juris cognitionem
„ utilem, quia & ad Rempublicam Romanam
„ accommodatum erat; ideoque Iuriſconſultos
„ ſæpe etiam de eo rogatos reſponſa ſignaſſe;
„ Hoc verò, quod Pontifices Romani Orbi, ma-
„ ximam partem barbaro, & Cimmeriis igno-
„ rantiæ tenebris immerſo obtruſerunt, valde
„ eſſe alienum à ſacris Chriſtianorum, imò ſæpe
„ cum iis pugnare. Huic regeri poteſt, quod
„ multæ antiqui & genuini juris Eccleſiaſtici re-
„ liquiæ in hodierno Pontificio Iure ſuperſint;
„ tum etiam, primitivo & genuino Iuri Eccle-
„ ſiaſtico incumbendum, ut ſcorias ſequioris hu-
„ jus Iuris Pontificii ab auro ſeparemus, eique
„ ex primitivis Canonibus occurramus. Tan-
„ dem non caret quoque utilitate ſuâ, quoniam
„ poſterius illud Ius Pontificium artificiosè ſatis
„ ita forum inſtruxit, ut ordo judicarius juxta
„ illud in omnibus ferè Europæ tribunalibus in-
„ ſtituatur. Utinam hiſce rationibus perſuade-
„ rem! Utinam voti mei compos fierem! &
„ torpor ille, aut potius glaucoma, multorum
„ oculis offuſum, diſcuteretur!

J. Fr. Böck-

J. FR. BÖCKELMANNI

JCti, & Anteceſſoris Lugduno-Batavi Celeberrimi

DIFFERENTIÆ JURIS CIVILIS, Canonici, & Hodierni.

CAPUT I.

IN Tractatu Generali de Jure Canonico primò obſervanda eſt ejus Etymologia & appellatio. Dicitur autem à Græco vocabulo κανὼν, quod nihil aliud eſt, quam Regula: quia normam & regulam vivendi nobis præbet, vel quod diſtortum eſt pravumque corrigit. *can. regula* 2 *diſtinct.* 3.

2. Aliud eſt autem Canon, aliud Lex; legis enim virtus eſt imperare, vetare, permittere, punire *l.* 7. *ff. d. Leg.* canon autem non imperat, ſed ſuadet. Quamvis lex & canon promiſcue & aliud ſæpe pro alio ſumatur. *Can. lex eſt*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

3. *diſtinct.* 1. *can. Nicæna* 12. *diſt.* 31. Proprie tamen Lex ad Jus Civile, Canon ad Jus Canonicum refertur. *can. lege. diſtinct.* 10. *can. conſtit.* 4. *eodem.*

3. Denominatio videtur petita ab ipſis Apoſtolis Chriſti, quibus etiam Canonum appellatio eſt uſitata.

4. Ratio diverſæ ſignificationis eſt, quod primi conditores Juris Canonici noluerunt ſibi arrogare legum condendarum poteſtatem. Sed ab illâ modeſtiâ receſſerunt poſteriores Pontifices, qui vim canonum & legum ſibi arrogarunt *t. t. de Reſcript. & conſtitut. in Deceretal.*

CAPUT II.

De origine Juris Canonici, Partibus, allegatione, & auctoritate.

1. ORigo Juris Canonici antiquiſſima eſt. Non enim dubium eſt, quin ipſi Apoſtoli, eorumque ſucceſſores, cum religionem Chriſtianam in Imperium introducerent Romanum, regulas quaſdam præſcripſerint, juxta quas populus Chriſtianus vitam ſuam moreſque inſtitueret.

2. Ad has regulas pertinent Canones Apoſtolici, quos videmus tam in jure civili (ſcilicet in novo Codice poſt Conſtitutiones Imperatorias, immediate ante libros F. F.) quàm in Jure Canonico (ſcilicet poſt Pœnitentiales, immediate ante Decretales Gregorii IX.) Nonnulli hoſce Canones ipſis Apoſtolis, alii eorum ſucceſſoribus adſcribunt.

3. De Editionibus & numero horum Cano-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

num non omnia exemplaria conveniunt. Hi autem Canones per ſe nullam habent auctoritatem, niſi quatenus multa in ſe continent, quæ ipſo jure divino præcepta ſunt. Ipſo enim jure Canonico reprobantur *cap.* 1, *d.* 16. *can.* 3. *quæſt.* Obſtat *c.* 2. & 4 *d.* 16. ubi dicitur quod rati ſunt hi canones: Reſp. Non omnes Pontifices idem ſenſiſſe de Canonibus Apoſtolicis. Communior tamen & receptior ſententia eſt, illos Canones non habere autoritatem, ne quidem inter Pontificios, multò minus inter noſtros.

4. Subſecutâ ætate varii nati ſunt Canones Conciliorum, & Decreta Pontificum, quæ collecta ſunt in unum Codicem, qui dicitur Codex Canonum. *can.* 1. *ſi Romanorum. d.* 19. *can.* 1. *d.* 20. De hujus Codicis Reſcriptis & Editionibus habemus præfationem ante Decretum, quæ hunc titulum habet, *De quibus lectorem principio admonere viſum eſt.*

5. Hi Canones, ſic collecti, fuere plures & varii. Quos deinceps homines privati in aliquem ordinem redegerunt. Seculo ſeptimo primus hoc opus incæpit Iſidorus Hiſpalenſis, parum quidem accuratè, ſed obſervato tamen ordine Pontificum. Deinde ſeculo XI Burchardus Wormatienſis Epiſcopus plures conſarcinavit, & in 20 libros digeſſit.

Caput III.

De Decreto.

1. DEinde circa an. 1090 Ivo, Carnotenſis Epiſcopus, ex his Canonibus Decretum fecit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

cit in 8 libros diviſum, multaque addidit tum ex Pandectas & Codice, tum ad confutandam hæreſin Beringarii. Deinde A. 1151 ſub Eugenio 3 Gratianus, Monachus Bononienſis, perfectius opus edidit, adjectis multis Conſtitutionibus & Reſcriptis Pontificum, Canonibus & Scriptis Patrum. Hic Cauſas & Diſtinctiones addidit ad conciliandos Canones, qui videbantur diſcordare, denique methodum illam adhibuit, quam hodie in Decreto videmus. Quod opus cum tanto applauſu receptum eſt, ut & Iſidori & Burchardi & Ivonis opera poſteà negligerentur, & fere in nullo pretio haberentur.

2. Cum autem in hoc opere Gratiani multa eſſent menda, multa deſiderarentur, primum Pius IV Pontifex id purgare & emendare aggreſſus eſt, quod deinde Gregorius XIII perfecit, juſſitque, ut perpurgatum hoc opus ita obſervaretur, ut nihil adderetur aut detraheretur. vid. Epiſtol. Gregorii XIII præfixa Decreto, data Anno 1080, cujus obſervanda ſunt verba in fine, quibus quanquam non jubet Pontifex Decretum in Scholis & Foris obſervari, ſine dubio tamen in Foro & Judiciis juxta Decretum judicatur.

3. Decretum eſt prima & antiquiſſima pars Juris Canonici, & dividitur in tres partes.

4. Prima continet 101 Diſtinctiones, quæ ita dictæ a Gratiano, quaſi eſſent conciliationes pugnantium capitum, ſub illis Diſtinctionibus contentorum.

5. Secunda pars Decreti continet XXXVI Cauſas. Dicitur autem Cauſa quaſi ſummum caput & argumentum ſingularium Quæſtionum, quæ inde eliciuntur. Quælibet cauſa continet

ſuas Quæſtiones, quælibet Quæſtio ſua capita. Speciale eſt in Cauſa XXXIII, quæ eſt de Pœnitentia in V. quæſtiones diviſa, quod tertia Quæſtio in 7. Diſtinctiones, & ſingulæ Quæſtiones in ſua capita ſubdividantur.

6. Tertia pars Decreti agit de Conſecratione, & continet 5 Diſtinctiones, & unaquæque Diſtinctio ſua capita.

Caput IV.

De Ratione allegandi in hiſce partibus Decreti.

1. RAtio allegandi Canones Decreti, alia fuit apud veteres, alia hodie eſt, quâ de re varia ſunt obſervanda hoc loco.

(1) Aliquando ſimplex *c.* ponitur pro dimidiâ voce *can.*

(2) Rectius parvum quam magnum *c.* ponitur, ad differentiam Codicis Juſtinianei, qui maiuſculâ *C.* ſolet allegari.

(3) Aliquando ſimplex *d.* pro Diſtinctione ponitur, quod ſimiliter rectius parvum, quam magnum ſcribitur, ad differentiam Digeſtorum, quæ maiuſculo *D.* notantur.

(4) Vox Canonis & Capituli promiſcuè uſurpatur. Frequentius tamen in Decretis Canones, in Decretalibus Capitula appellantur.

(5) Numerus Canonis plerumque omittitur.

(6) Diſtinctio quandoque præponitur, & litera vel vox Canonem denotans omittitur. Ex: gr. in primâ parte; 8. *diſt. quo jure.* i. e. can. quo jure. 1. diſt. 8.

2. Ratio autem allegandi in ſecundâ parte De-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

creti eſt, Ex. gr. c. *didici* 15. §. *ut autem.* vers. *diſpenſationis. cauſ.* 1. *quæſt.* 7.

3. Obſervandum autem hic eſt, ſæpiſſime canonem ſine nomine & numero, ſolo verbo initiali ſignificari, & tunc prior numerus Cauſam, ſecundus Quæſtionem ſignificat, ut *didici.* 1. *q.* 7. vel 1. *q.* 7. *didici.* qui mos veteribus fuit uſitatus.

4. In Cauſa autem XXXIII ſpecialis allegandi ratio eſt. Veteres enim ſic allegabant: *de Pœn. diſtinct. Homicidior.* Hodie verò multi ita: *can. Homicid. Cauſâ* 33. *de Pœnit. diſtinct.* 1. Sæpe etiam vocem Cauſæ omittunt & nudum numerum Cauſæ notant.

5. Ratio allegandi in Tertiâ parte Decreti hæc eſt apud veteres: *De conſecratione. diſt.* 2. *can. Quia corpus.* Sed plerique recentiores hoc modo allegant: *can. quia corpus* 35. *diſt.* 2. *d. Conſecrat.* & numerum, qui canonem denotat, omittunt.

6. Obſervandum autem eſt, in Decreto eſſe quoſdam Canones, qui inſcribuntur *Palea.* ex gr. *can. Conſtantinus* 14. *diſtinct.* 96. Hos quidam dictos putant, quaſi τὰ παλαιὰ, id eſt, antiquos Canones. Male! Nam plerique ſunt recentiores; quod patet ex collatione antiquorum exemplarium, & non ſcribuntur cum diphtongo *Palæa*, ſed *Paleæ.* Alii deducunt quaſi à πάλιν, id eſt, rurſum; quaſi hi Canones ſint additiones, & repetita quæda opera; quod fieri poteſt, cum plerique hi Canones additi ſint in margine antiquorum exemplarium, recentiori tamen ſcriptura. Incerta tamen eſt illa denominationis ratio. Alii ab auctore *Pocapalea* Cardinali, alii à *Palea*, Gratiani diſcipulo, dictos putant. Sed neque hu-

jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

jus rei firmum eſt argumentum. Alii *Paleas* purgamentum frumenti, nullius momenti & auctoritatis, dictas putant. Sunt qui credunt Eugenium Tertium, cum afferretur ei à Gratiano Decretum, notaſſe Canones ſibi minus probatos, iiſque præſcripſiſſe hunc titulum; ſed neque de hoc ſatis conſtat. Illa verò communis Noſtratum eſt ſententia, hos Canones ſive dubiæ ſive nullius autoritatis eſſe. Quamvis quoſdam tamen eſſe, quibus effectum juris denegare non poſſumus, extra dubium ſit.

7. Præterea notandum eſt, Gratianum Inſcriptiones, vel Rubricas, ut vocant, & connexiones, & multa alia Decreto addidiſſe, & textui nonnunquam inſeruiſſe, alio charactere deſcripta; quæ non ſunt ejuſdem auctoritatis, cum Decretis Conciliorum, Pontificum, aut Patrum.

CAPUT V.

De Decretalibus.

1. SEcundam partem Juris Canonici conſtituit liber Decretalium Gregorii IX. Pontificis.

2. Occaſio & neceſſitas hujus libri componendi fuit, quod Gratianus multa ex antiquis Conſtitutionibus, Conciliis, Epiſtolis Pontificum omiſerit, quodque multa ejuſmodi jura, etiam poſt Gratianum, condita ſint, maxime ſub Pontifice Alexandro III. quæ alii atque alii privati homines colligere cœperunt.

3. Primus collector fuit Bernardus Circa, Papienſis Præpoſitus, poſteà Epiſcopus Faventinus, & quidem privata auctoritate, ſed tamen eam

approbavit Papa, Alexander III. Ipſe vocavit librum ſuum, *Extra* ſeu *Extravagantium Breviarium.*

4. Secundus fuit Johannes Gallenſis.

5. Tertius dicitur Bernardus Compoſtellanus.

6. Quartò acceſſit collectio Epiſtolarum Innocentii Pontificis, qui tertiam illam collectionem perfici juſſerat.

7. Quinta collectio facta eſt à Tancredo Archidiacono Bononienſi, quæ continet Honorii Conſtitutiones, ſub ipſius Pontificis nomine collectas, à ſucceſſore Gregorio IX. diu ſuppreſſas, diu deſideratas, ſed poſtea inventas.

8. Ex quibus collectis conſtitutionibus, atque ſui ipſius, Gregorius XI per Raimundum, Pontificis Capellanum, librum iſtum Decretalium, quo hodie utimur, fieri mandavit, cumque bene emendatum & nitidum confirmavit, uti conſtat ex epiſtola confirmatoria Decretalibus præfixa, data A. Chr. 1230.

9. Ex hac Epiſtola confirmatoria patet hunc librum expreſſâ Pontificis auctoritate juſſum eſſe in judiciis & foro obſervari, ſecus ac in Decreto factum eſt.

10. Decretalium autem vox eſt adjectiva, & reſpicit ad ſubſtantivum Conſtitutionum ſcil. vel Epiſtolarum, quas Pontifices pro Decretis, vel loco Decretorum edidere. Dicuntur ita, partim ad differentiam, partim ad ſimilitudinem Decreti. Ad differentiam: quia aliud opus eſt, & Decreto Gratiani recentius. Ad ſimilitudinem: quia, ut Decretum Gratiani, ita quoque hoc opus conſtituit partem Juris Canon. & quia, ut opus

Gra-

Gratiani, continet Decreta Conciliorum & Pontificum, & ſententias Patrum, ita hoc quoque; quamvis ſententiæ Patrum huic non adeo ſint immixtæ. Unde Decretum magis reſpondet Pandectis, hic liber magis Codici.

11. Diviſus autem eſt hic liber in 5 libros: forte quod ex totidem præcedentibus collectionibus eſt compoſitus. Singuli autem libri habent ſuos titulos, & tituli ſua capita, capitula nonnunquam ſuos Paragraphos, & hi quandoque ſuos verſiculos.

12. Ordo autem materiarum, & methodi in his quinque libris hoc verſiculo ſolet exprimi:

Judex, judicium, clerus, ſponſalia, crimen.

13. Libro primo, præmiſſis generalibus juris publici & privati, agitur de iis, quæ ſpectant ad Conſtitutionem & Officium Judicum & Arbitrorum. Officium autem Judicis generalius hic accipitur, ut & Eccleſiaſticos comprehendat.

14. Secundus continet ea, quæ ſpectant ad Judiciarum ordinem, & partes Judicum.

15. Tertius agit de iis, quæ ad materiam Clericorum ſpectant. A *tit.* 14. tituli quidam intermiſcentur de Contractibus, Pignoribus, Fidejuſſoribus, Solutionibus, de Donationibus, uſque ad *tit.* 26. & 27. ubi agitur de Teſtamentis & Ultimis voluntatibus, & de Succeſſionibus ab inteſtato. Poſtea redit ad tractatum de Clericis.

16. Quartus tractat de Sponſalibus & Matrimoniis.

17. Quintus continet Crimina. Eodem ordine hæ materiæ in libro VI Decretalium tractantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Ratio & modus allegandi.

18. Veteres ſimpliciter titulum præmittebant, deinde initialia verba Capituli. Ex. gr. *de Offic. & poteſtat. judicum deleg. c. cum contingat.* Recentiores præmittunt capitulum, vel per initialia verba, vel per numerum capituli, vel per utrumque, & tum titulum ſubiungunt, & ſolet plerumque tam à veteribus, quam à recentioribus addi particula *extra*, vel ſignum X. Ex. gr. *c. cum contingat* 36 X *de Officio & poteſtate deleg.* Vox autem *extra* ſignificat hanc partem juris eſſe extra Decretum & ad illud poſtea acceſſiſſe. Aliquando etiam omittitur hæc vox, ſive ſignum, & tunc hujuſmodi allegatio ſemper cenſetur ad hunc pertinere librum, neque ad Decretum, aut aliam Juris Canonici partem refertur; ut allegatus textus in Jure Civili, non addito ſigno *ff.* aut *C.* ſemper intelligitur allegatus ex *ff.*

Auctoritas.

19. De auctoritate hujus libri non eſt quod dubitemus: cum expreſſa Pontificis ſanctione ſit confirmatus, & uſu receptus, tam inter Pontificios, quam inter Proteſtantes, qui à Luthero nomen acceperunt.

CAPUT V.
De Libro VI *Decretalium.*

1. TErtia pars Juris Canonici continet Sextum Decretalium, Clementinas & Extravagantes.

2. De Libro Sexto tenendum eſt, quod poſt Decretalium Gregorii editionem, lapſis annis circiter 60, Pontifex Bonifacius VIII anno 1297 librum

librum Sextum Decretalium compoſuerit, maxime ex Conſtitutionibus Innocentii IV, Gregorii X. & ſui ipſius, in quo multa à Gregorio IX in Decretalibus ambiguè poſita declaravit & emendavit.

3. Dixit autem hunc librum *Sextum*, partemque fecit Decretalium Gregorii, quas voluit novis conſtitutionibus augere, ne plurima Exemplaria priorum Codicum novâ illâ emendatione inutilia fierent. Itaque talem librum compoſuit, qui præter Decretales commode haberi, neque tamen ipſa Decretalium priora Exemplaria inutilia facere poſſet.

4. Hic liber Sextus diviſus eſt in libros 5, quemadmodum ipſe Codex Decretalium, in iiſque libris eadem methodus & materiarum ſeries fere continetur, quæ in Decretalibus.

Auctoritas.

5. Quantum attinet ad auctoritatem hujus Libri, expreſſâ Epiſtolâ, Sexto Decretalium præfixâ, a Bonifacio VIII confirmatus eſt, ut valeat in Judiciis & Scholis.

6. Nunquam autem hic liber in Galliâ eſt receptus, quamvis ceteri libri Juris Canonici ibi recepti ſint, idque propter ſummas inimicitias, quæ erant inter Gallos & hujus libri auctorem Bonifacium VIII, ut teſtatur Cujacius ad *cap.* 4. *X. d. Sponſalibus.*

Ratio & modus allegandi.

7. Veteres hunc librum allegant præmiſſo titulo, tum ſubjectis initialibus verbis capituli, denique facta mentione ipſius Libri Sexti. Ex. gr. *d. Reſcript. diſpendia. lib.* 6.

8. Recentiores verò hoc in libro procedunt, ut

ut in Decretalibus, additâ tamen ſemper mentione Sexti libri, vel expreſſis verbis, *Libro Sext* vel *in Sexto*, vel per numerum 6. v. g. *c. Diſpendia* 3. *de Reſcript. in* 6.

Caput VI.

De Clementinis.

1. SEquuntur Clementinæ, de quibus obſervandum, quod Clemens V. ſucceſſor Benedicti XI, qui Bonifacio 8. ſucceſſerat, anteceſſores ſuos imitatus, novam collectionem Conſtitutionum Canonicarum facere incæperit, quam poſtea Pontifex Johannes 22. correxit, in lucem edidit, ac confirmavit, & à nomine Prædeceſſoris Clementinas appellavit, ut conſtat ex Epiſt. præfixâ Clementinis.

2. Cæterum diviſio Clementinarum in V libros, & librorum iterum in ſuos titulos, nec non methodi ſeries eadem eſt, quæ in Decretalibus, & in Sexto. Unde nonnulli hunc librum ſolent appellare Septimum. Quod a vulgo DD. improbatur, qui Clementinas *Librum* non vocant, forte quod non contineat tot conſtitutiones, quot in Decretalium libro & Sexto continentur.

Ratio allegandi.

3. Ratio allegandi Clementinas veteribus hæc fuit, ut præmitterent titulum, ſubjungerent initialia verba capituli, addito *in Clementinis* Ex. gr. *d. Appell. quamvis. in Clementinis.*

4. Recentiores eundem allegandi modum ſervant, quem in Sexto. Sæpe autem hic allegari ſolet titulus *d. Verbor. ſignificat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Caput VII.

De Extravagantibus.

1. NOmen Extravagantium ita dicitur, quod prius verſatæ fuerint & circumvolarint extra ceteros libros Juris Canonici ſupra dictos; & quemadmodum Novellæ Conſtitutiones in Corpore Juſtinianeo reſpectu Pandectarum & Codicis nomen ſuum accepere, ſic quoque Extravagantes dicuntur reſpectu earum Conſtitutionum Canonicarum, quæ jam erant in ordinem redactæ, & in libros certos collatæ. Cum enim hæ admodum paucæ eſſent, ita ut juſtum librum efficere non poſſent, neque certam formam Codicis acceperunt, neque ſpeciali epiſtolâ confirmatæ ſunt, ſed per ſe valent, tanquam Conſtitutiones ſpeciales Pontificum. Nomen autem ſortiuntur vel ab auctore certo, quomodo dicuntur Extravagantes Johannis XXII, quos nonnulli veterum *Johannicas* ſolent appellare, vel à variis auctoribus aut Pontificibus, quæ vocantur *Extravagantes communes*.

2. Utræque non minorem auctoritatem in Scholis & Judiciis habent, quam Decretales, Sextus, & Clementinæ, adeo ut DD. ſtatuant, ſententias, contra haſce Extravagantes, latas, eſſe ipſo jure nullas.

3. Sunt etiam aliæ Extravagantes, id eſt, Conſtitutiones Pontificum, Corpori Juris Canonici non inſertæ, quibus etiam Tomi aliquot impleti ſunt, quas vocant *Bullaria Pontificum*, quarum etiam inter Pontificios eadem eſt auctoritas, quamvis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

quamvis auctoritas ceterarum Extravagantium Corpori Juris Canonici incluſarum, ſit certior.

4. In Extravagantibus eadem ſeries, & idem ordo methodi & argumentorum eſt obſervatus, qui in tribus ſuperioribus; imò & Extravagantes Communes in 5 libros, & libri iterum in ſuos titulos diviſi ſunt.

De Ratione allegandi.

5. Ratio autem allegandi hæc eſt, ut primo caput, deinde nomen Extravagantium & denique titulus ſcribatur. Ex. gr. *c. quia nonnunquam. Extravag. d. V. S.* Quandoque etiam, diſtinctionis cauſa, ſolet addi vel nomen Johannis XXII, vel *Communium.* Ex. gr. *ad Sacroſanctæ. Extrav. Johannis. de Sententiis,* vel c. *ambitioſe. Extrav. commun. de Rebus eccleſiæ non alienandis.*

6. Atque hi ſunt libri Juris Canonici, qui tanquam authentici ſolent allegari in Scholis & Foris.

CAPUT VIII.

De Inſtitutionibus Juris Canonici.

HIs tamen ſolent adjungi nonnulli alii, quorum tamen diſpar eſt auctoritas. Inter hos primum locum obtinent Inſtitutiones Juris Canonici, ad imitationem Juris Civilis compoſitæ, & in 4 libros digeſtæ, ex mandato quidem Pontificis, nondum tamen autoritate Pontificis confirmatæ, ut apparet ex Præfatione ipſius Johannis Pauli Lancellotti. In his eadem eſt methodus, quæ in Inſtitutionibus Juris Civilis.

CAPUT IX.

De Libro VII *Decretalium.*

1. SEcundo loco ſeſe hic offert Liber Septimus Decretalium, qui ex recentioribus Conſtitutionibus Pontificum collectus eſt, eâdem methodo & argumentorum ſerie, quâ Liber Decretalium Sextus & Clementinæ.

2. Collectus eſt hic liber à Petro Matheo, Juriſconſulto Lugdunenſi, & quanquam à Pontifice nondum confirmatus, & ſuam vim atque auctoritatem in Scholis & Judiciis obtinere juſſus ſit, ſolet tamen non tantum à modernis Scriptoribus, ſed etiam ab Hiſtoricis ſæpe allegari.

CAPUT X.

De Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ.

IN nonnullis Codicibus etiam ſeſe offerunt Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, quæ tempore Lucii III Pontificis introductæ, & poſtea illuſtratæ ſunt à Johanne XXII. & ſine dubio vim juris ſcripti acceperunt. Sed tamen neque perpetuæ, neque univerſales fuere; Sed, ut Gloſſa in proœmio iſtarum regularum docet, à Succeſſoribus Pontificum ſemper approbandæ fuerunt. Harum igitur non magnus fuit, nec eſt uſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

CAPUT XI.

De Uſu & Auctoritate Juris Canonici in genere.

1. QUoniam hæc quæſtio facti eſt, nec ex legibus erui poteſt, ex probatiſſimis auctoribus declaranda eſt. Probatiſſimus autem hac in re eſt Arthurus Duck, qui in libello ſuo de auctoritate Juris Civilis Romani *lib.* 1. *cap.* 7. § 10. & *ſeq.* hanc rem accuratiſſimè tractat, quem vide. Ubi ait Jus Canonicum in omnibus Chriſtianarum nationum Academiis receptum eſſe. Deinde §. 15. quæ & quanta ejus ſit auctoritas in ſingulis regnis, edocet.

2. Singulare quid eſt in Judæis, qui Juri Civili ſubditi ſunt; *l.* 8. *Cod. de Judæis*, jure verò Canonico non teneantur, ut tradit *Arthur Duck d. lib.* 1. *c.* 7. §. 18.

3. Mores verò noſtri magis Canones ſequuntur, quàm leges civiles in multis, ut patet ex Deciſionibus Curiarum Hollandiæ, Zelandiæ, Weſttriſiæ, &c.

4. Quodnam verò ſit præferendum in locis, ubi utriuſque viget auctoritas, ex Regulis ſequentibus manifeſtum erit.

5. Regula 1. Quoties res obſcura & dubia eſt Jure Civili, deciſa & definita Jure Canonico, tam in foro Seculari, quam Eccleſiaſtico obſervatur Jus Canonicum, uti communiter docent Doctores per *c.* 1. & 2. *X. d. Nov. op. nunc.* Excipe, niſi Statutum aliquod expreſſe jubeat judicari ſecundum Jus Civile.

Regula

6. Regula I I. Cum quid Jure Civili definitum, & Jure Canonico non definitum eſt, tunc judicatur ſecundum Jus Civile in utroque foro, niſi ſpecialis differentiæ ratio aliud velit.

7. Regula I I I. Cum Jus Civile & Can: inter ſe pugnant, ſecundum Jus Civile judicatur in foro Seculari, ſecundum Jus Canonicum in Eccleſiaſtico.

8. Regula I V. In quæſtionibus, ubi vertitur animæ periculum, præfertur Jus Canon. Tales autem ſunt, quæ ſpectant cauſas 1. Matrimoniales, ut Divortiorum, Alimentorum, &c. 2. Pactorum. 3. Uſurarum. 4. Bonorum Eccleſiaſticorum. 5. Decimarum. 6. Piarum cauſarum. 7. Teſtamentorum. 8. Fideicommiſſorum, & Quartarum, ut Trebellianicæ. 9. Præſcriptionum. 10. Ordinis Judiciorum & Appellationum.

9. Regula V. Si diverſum ſit Jus Civile a Canonico, Judex Secularis ſervat Jus ſuum in ſuo foro, Eccleſiaſticus in ſuo. Si autem alterum magis æquum ſit, & rationi magis conveniens, illud in utroque ſervandum eſt.

10. Regula V I. In dubio non debet ſtatui differentia inter Jus Civile & Jus Canonicum, ſed potius præſumitur alterum cum altero convenire. De his autem Regulis Arthur Duck *lib.* 1. *cap.* 7. § 11. *& ſeqq.* & Rittershuſius latius agunt.

CAPUT XII.

De Fine, & Scopo Juris Canonici.

1. HAc in parte obſervanda eſt differentia J. Civ. & Can.: Illius enim ſcopus & intentio prin-

 cipalis

cipalis eſt, tranquillitatem & quietem Impe[r]
ſeu Reipublicæ conſervare, uti Juſtinianus i[n]
ſuis Legibus & Novellis paſſim inculcat. Huj[us]
verò finis & principalis ſcopus eſt, ſervare an[i]mas *c. pœnà* 2. *c.* 23. *q.* 5.

2. Hinc in J. Civili videtis hoc agi accurat[e]
ut exquiſitiſſimæ pœnæ & remedia inveniant[ur]
contra illos, qui quietem publicam turbare ſ[a]tagunt; ſed in Jure Canonico non idem eſt, ul[bi]
omnia potius ad ſalutem animæ diriguntur, & ul[bi]
ſanguinis pœnæ præferuntur leniora remedia i[n]
ſalutem animæ, idque adeo, ut, ſi Clericus ju[di]cium ſanguinis exerceat, ab officio & benef[i]cio deponatur. *d. c.* 2. *c.* 5. Ne *Cler. vel monach. ſe[cul.]* *ſe miſc.* Hinc quoque Jus Canonicum vult, [ut]
ſi delinquens pœnitentiam ſufficienter egerit
pœna ei remittatur. *c. domino.* 28. §. *fin. diſt.* 50.

3. Quamvis autem hæc ita ſint, tamen Ju[s]
Canonicum vult, pœnas lege ſtatutas, etiam cor[]porales, ſervari; ideoque meminit quoque ultim[i]
ſupplicii, damnationis ad Furcas, verberationis
ſtigmatum, & ſimilium. *c. d. Occidendis.* 8. *c. qui ma[]los.* 29. *c. Homicidas.* 31. *cauſ.* 23. *q.* 5. *c. ad Au[]dientiam* 3. *X. d. Crim. falſ.* (5: 20.) *c. ita quorun[]dam.* 6. *X d. Judæis.*

Caput XIII.

De Nævis Juris Canonici.

HAc in cauſa ſequentia ſunt obſervanda

1. In Jure Canonico nos habere ſermonem barbarum pro ratione temporis, quo conditi ſunt Canones; quod res ipſa teſtatur.

2. In

2. In hoc Jure multos eſſe errores Doctorum, qui Jus Civile Romanum perperam interpretati ſunt; Unde Cujacius *libr.* 22. *obſ.* 16. dicit; *Faceſſat longe error Doctorum, tametſi Pontificii Decreti auctoritate donatus ſit, in c.* 5. *d. Prac. in* 6. *ſicut & alii plerique eorum hominum errores, quibus non fuit notum Jus Civile Populi Romam, cum & ejus Juris ſermo fuerit incognitus, tranſierunt in Decreta, vel mores & inſtituta Regionum.* Quæ obſervatio utiliſſima eſt.

3. Jus Canonicum continet multa veræ Religioni, rationibus Politicis, fidei Hiſtoricæ, dictiſque Patrum adverſantia, quæ omnia profecta ſunt ex ambitione & lucri cupiditate Pontificum.

4. Hinc Albericus Gentilis *l.* 1. *d. Nupt. c.* 17. & alii, dicunt Jus Canonicum, multis erroribus, innumeris abſurditatibus, infinitis falſitatibus ſcatere; à ſemidoctis Pontificibus compoſitum eſſe, non tam ad Reipublicæ commodum, quam ad ſuum commodum ſtabiliendum.

5. Quæ omnia cum ita ſe habeant, meritò bilem moverunt tum Luthero, tum aliis ſummis Theologis. Sed tamen ut Virgilius ex Ennianis, ita ex hoc quoque ſtercore JCti aurum colligere poſſunt, tum ad illuſtrandum Jus Civile, tum ad intelligenda fundamenta Praxeos Forenſis, tum ad decidendas cauſas Jure Civili non definitas.

6. Jus Canonicum continet multas contradictiones, de quibus expreſſam habet diſputationem Wiſſenbachius poſt Diſputationes ad Inſt. pag. mihi 319.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

TRACTATUS SPECIALIS
De Differentiis Juris Civilis & Canonici.

CAPUT XIV.
De Summâ Poteſtate.

1. IN hoc Tractatu primò videndæ ſunt differentiæ Juris Civilis, Canonici & Forenſis, idque tam in Jure Publico, quam Privato.

2. Jus Publicum eſt quod ad ſtatum Reip. Romanæ ſpectat, id eſt, quod ad utilitatem Reip. Romanæ principaliter tendit. Conſiſtit autem in Sacris, Sacerdotibus, Magiſtratibus *l.* 1. *§.*2.*d.J.* & *J.*

3. In Jure autem Publico utramque paginam facit Poteſtas, ſive ſit Summa, ſive Subalterna, aut Subordinata.

Jus Civile.

4. Summa poteſtas a tempore Auguſti fuit penes Imperatores; ante Imperatores erat penes Populum. Hinc videmus omnes leges, quæ latæ ſunt de Sacris, ab iiſdem eſſe latas, qui Jus circa profana condebant. Nulla verò erat poteſtas Pontificum, ideoque in Jure noſtro Civili Sacerdotium ab Imperio prorſus ſeparatur. *Nov.* 6. *pr.* De Anathemate jubet Imperator *l.* 5. §2. *C.d.Summ. Trin. l.* 6. §. 4. *l.* 7. §. 3. *eod.* Quæ religio ſit ſervanda, præcipit Imperator *l.* 1. *C. d. t.* Qui Catholici ſint, definit Imperator *d.l.*1.§. 1. Quæ inter-

interpretatio Sacræ Scripturæ ſit accipienda, idem tradit (ſc. 70 Interpretum) *Nov.* 146. *c.* 1. De Synodis quotannis habendis, jubet Imperator. *Nov.*123.*c.*10.*&* 137.*c.*4.ut & de lectione Scripturæ, & Monachis. *Nov.* 5. *&* 133. Statuit de Epiſcopis, quibus certo modo communicationem interdicit. *l.* 30. *C. d. Epiſc. & Cler. Nov.* 123. *c.* 11. Adeo ut Sacerdotes & Clerici nullam Jurisdictionem, ſed ſolam Epiſcopalem Audientiam habuerint *t. t. C. d. Epiſc. Audient.*

5. Et quamvis ex *lege* 7. *C. d. Summ. Trin.* quodammodo videatur poſſe colligi, Pontificem inter Clericos ſolum controverſiarum fidei eſſe arbitrum, tamen neque textus hoc ſatis dicit, neque autoritas horum locorum extra ſuſpicionem eſt, cum ſuppoſititias eſſe haſce leges arguat Hottomannus *lib.* 1. *Amicab. reſp.* 1. quamvis Cujacius & Fachinæus *l.* 8. *Controv. c.* 1. contendant haſce leges eſſe genuinas.

Jus Canonicum.

6. A Jure Civili hic divortium facit Jus Canonicum, ſiquidem Pontifex ſibi quoque omne jus ſumit non modò circa Sacra, quod jure divino ſibi competere putat, ſed & circa ipſum Imperium, quod ab Imperatore Conſtantino ſibi donatum aſſerit *c. Conſtantinus* 13. *&* 14. *diſt.* 96.

7. Atque hinc Imperium eſſe Feudum Pontificis contendunt Pontificii, ideoque, ſi quando Imperatores jurejurando ſe profitentur Protectores & Defenſores Eccleſiæ eſſe, ex eo juramento Protectionis faciunt Fidelitatis. *Clement. un. d. Jurej.* idque firmari etiam multi laborant *tit.* 100.

lib. 4. *Feud.* Sed re penitus perſpectâ, appare omnes hoſce textus nullius eſſe auctoritatis, ne que Imperium eſſe Feudum Pontificis, nequ Donationem illam unquam factam eſſe, nec juramentumFidelitatis Pontifici unquam præſtitum

Caput XV.

De Donatione Conſtantini Magni.

1. HAnc eſſe falſam ac fictam liquet

(1) Quia ejus ſeculi Hiſtorici prodigioſæ iſtius Donationis, teſte Platinâ, nullam mentionem faciunt.

(2) Quia dictum Capitulum in antiquis Decretis non continetur, ſed *Palea* eſt.

(3) Quia alia capitula Juris Canonici contradicunt *c. ego Ludovicus.* 30. *diſt.* 63. *c. futuram* 15. *cauſ.* 12. *q.* 1. *c. in Synodo.* 23. *diſt.* 63. & *c. cum ad verum ventum* 6. *diſt.* 96.

(4) Quia Hiſtoria teſtatur Imperium, non ab Epiſcopis Romanis, ſed Conſtantini ſucceſſoribus, inter quos teſtamento diviſum eſt, adminiſtratum fuiſſe.

2. Quantum autem ad Juramentum & formulam Protectionis, illud non Fidelitatis, ſed Protectionis, fuiſſe ex ipſo J. Canonico & omnibus jurisjurandi illius formulis conſtat. *c. tibi domino* 33. *diſt.* 63.

3. Eodem quoque modo eſt intelligendus *tit.* 100. *lib.* 4. *Feud.* Vel ſaltem non de Imperio, ſed de aliis quibusdam ditionibus, quas forte Imp. Jure Feudi a Papâ habet. Sed & reſponderi poteſt, illud caput ad extraordinaria Juris

Feu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Feudalis capitula pertinere, quæ incipiunt a *tit.* 73. *l.* 2. *Feud.* quæ Alvarottus reſtituit ex quibuſdam Manuſcriptis.

4. Nemo autem hodie agnoſcit Regnum ſuum ut Feudum Pontificis; quanquam Pontifex, tanquam vicarius Chriſti & ſucceſſor Petri, in Jure Canonico ſibi ſumit poteſtatem circa Sacra, & per indirectum etiam circa Secularia, quaſi Deus *c.* 7. *diſt.* 96. *c. ſi Papa* 6. *diſt.* 40. *c. oves. cauſ.* 2. *q.* 7. *c.* 7. *diſt.* 21.

5. Ex hoc peſſimo ac falſiſſimo principio tempore Gregorii VII, qui circa annum Chriſti 1075 ſedit, (antea enim nunquam tentatum eſt, teſte Onuphrio) natum eſt hoc axioma: *Pontifici circa Sacra tam abſoluta competit poteſtas, ut etiam exinde Reges regno pellere, vitâ privare, & nihil non in ſumma Imperia, eorumque capita facere poſſit*; Verba ipſius Gregorii ad Cardinales & Clericos refert *Syringius de Pace Religionis*, & ſpecimen hujus rei tradit Jus Canonicum *c. alius* 3. *cauſ.* 15. *q.* 6.

6. Sic primùm Imp. *Henricus* IV a Pontifice vexatus, dein *Henricus* VI, *Fridericus* II, & alii, imprimis vero *Ludovicus Bavarus*. Neque minus ſævitum in Galliâ, Angliâ, Hiſpaniâ, quorum omnium Regnorum felicitatem & quietem nullum aliud malum ita turbavit, quàm uſurpata illa poteſtas Pontificum.

7. Cui tamen ſeſe cordati Imperatores juſtiſſime ſæpe oppoſuere; atque ipſos etiam Pontifices loco moverunt, aliosque in locum remotorum ſuffecerunt, veluti Fredericus Barbaroſſa, & imprimis Ludovicus Bavarus. Is enim convocatis omnibus Principibus & Statibus Imperii

rii, Francofurti ſolenni Decreto damnavit poteſtatem illam Pontificis; Quâ de re fuit celeberrimus Scriptor Occam.

Mores.

8. Summam Pontificis circa Secularia poteſtatem omnes Populi, etiam Pontificii, non agnoſcunt. Atque hinc olim, etiam a Pontificiis Principibus, qui in Belgio rerum potiebantur, publice fuit interdictum: *Ne Reſcripta Apoſtolica reciperentur, antequam probata eſſent Principibus*, uti confirmat Inſtructio Curiæ Hollandicæ, & Merula in *Praxi Civ. l.* I. *t.* 4. *c.* I. *art.* 19. Idem quoque confirmant Conſtitutiones Imperii Romano-Germanici. Neque minus alii Reges, & Imperatores Pontifici hac in parte obſtiterunt. Hinc Rex Daniæ dicebat: *Nobilitatem a Parentibus, vitam a Deo, Regnum a ſubditis, fidem ab Eccleſiâ accepimus. Hanc ſi Nobis invidetis, per præſentes remittimus. Syring. d. lib.* Græci autem Joh. XXII. ſcribebant: *Potentiam tuam circa tuos ſubditos firmiter credimus; Superbiam ſummam tolerare non poſſumus; Avaritiam ſaturare non valemus; Diabolus tecum, Dominus nobiſcum. Syring. d. lib.*

9. Inter Pontificios tamen ſummum circa Sacra retinet Pontifex arbitrium, ideoque jura inter eos condit, ac laxat; de matrimoniis ipſorum quoque Regum ac Principum diſpenſat; Magiſtratus Eccleſiaſticos conſtituit, aliaque agit.

10. Jugum autem illud circa Sacra excuſſerunt in Imperio Romano - Germanico Principes, & Status Imperii Proteſtantes, Angli, Sueci, Dani, Helvetii, Belgæ & alii. Belgæ quidem Helvetiique jure belli ſummum Imperium circa Sacra

&

& Profana ſibi vindicarunt. Reges autem Angliæ, Sueciæ, Daniæ, vi ſummi Imperii ſive Majeſtatis, ſacra ſua emendarunt, & Pontifici nuntium miſerunt.

11. Principes autem Proteſtantes in Imperio primò quidem jure Pacis, ſive Transactionis Paſſavienſis *Anno* 1534 cœptæ, ſed *Anno* 1552 repetitæ, *Anno* 1555 confirmatæ, & Pace Monaſterienſi & Oſnabrugenſi *Anno* 1648 renovatæ, non tam acceperunt, quàm jure naturali & divino ſibi debitam, recuperarunt.

12. Etſi autem hæc Pax Religioſa inita ſit, poſtquam Principes Statusque Proteſtantes armis eam per aliquot annos nec infeliciter vindicaſſent, fruſtra tamen, Pontificii eam impugnant, quaſi vi extortam, Concilio Tridentino contrariam, adeoque ipſo jure nullam, ſi quidem Carolus V. non potuerit de illis tranſigere ſine voluntate Pontificis.

Caput XVI.

De Subordinatâ Poteſtate.

1. Poteſtas Subordinata, id eſt, Summæ ſubjecta eſt quæ propriè Magiſtratibus competit.

Jus Civile.

2. Jure Civili omnis Poteſtas, omnis Juriſdictio, omnis magiſtratus pendet ab arbitrio Imperatoris, adeo ut in ipſos Eccleſiaſticos perpetuam habuerint Imperatores poteſtatem *1. t. C. Juſtin. & Theod. d. Ep. & Cler.* Ipſa quoque Eccleſiaſticorum electio fiebat ex præſcripto Imperato-

peratorum *Nov.* 6. 56. 57. 123. quâ Juſtinianus Epiſcopum jubet 20 libras pendere. Cujus tamen penſionis remiſſionem impetraſſe Agathonem, ipſum Jus Canonicum teſtatur *c. Agath.* 21. *diſt.* 63.

3. Denique nullam tunc Subordinatam Poteſtatem fuiſſe Pontifici, omniaque negotia Eccleſiaſtica alicujus momenti juxta leges & arbitria Principum geſta eſſe, firmat *Novell.* 3. 5. 56. 57. 58. 137. 146.

4. Jus Pontificium agnoſcit omnem illam poteſtatem eligendi Pontifices, nec non inveſtiendi Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſoli Imperatori competere *c. Hadrianus* 22. *c. in Synodo* 23. *diſt.* 63.

5. In his autem capitulis Pontifex ſibi nimium ſumit, quaſi ipſe conceſſerit hanc poteſtatem Imperatoribus; cum revera tantum ſit declaratio Pontificis, Hanc Poteſtatem Imperatoribus competere.

6. Imò jure veteri omnes Clericos Poteſtati Seculari atque Imperatori ſubjectos fuiſſe, ſatis probat *Nov.* 83. 123. Ex quibus conſtat Epiſcopos nudam tantum habuiſſe notionem, ut & ex *t. t. C. d. Epiſc. Aud.*

Jus Canonicum.

7. Ab hoc Jure multum differt Jus Canonicum: Pontifices enim, uti ſibi ſummam arrogarunt poteſtatem, ita quoque ſubordinatam condiderunt, & abſolutam ſibi vindicarunt Hierarchiam; Magiſtratus Eccleſiaſticos conſtituerunt; Omnes perſonas Eccleſiaſticas Juriſdictioni Seculari exemerunt, & ſingularem Juriſdictionem in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

introduxere, denique omnia Jura Eccleſiaſtica ſibi vindicarunt.

8. Ipſe itaque Pontifex Epiſcopos conſtituit, transfert, deponit, reſtituit; denique omnem curam circa Poteſtatem & Magiſtratus Eccleſiaſticas ſibi ſumit *c.* 2. *d. Translat. Epiſcop.* Ipſe ex Corpore Cardinalium eligitur ab ipſis Cardinalibus. *can. Oportebat.* 3. & *ſeq. diſt.* 79. Cardinales ipſe conſtituit, qui ſunt quaſi Senatores Pontificis & Eccleſiæ *c. Eccleſ.* 7. *cauſ.* 16. *q.* 1.

9. Habent autem hi Jurisdictionem fere Epiſcopalem *c.* 11. *d. Majorit.* & *Obed.* In rebus verò Eccleſiaſticis ſummum cum Pontifice Imperium vel clavum Imperii tenet hic Senatus, imò, Sede vacante, Eccleſiam regit.

10. Præter hunc Supremum Senatum proximam Subordinatam Poteſtatem habent Epiſcopi, qui, uti & cæteri Prælati, vel per *Electionem*, vel per *Poſtulationem* promoventur.

11. De Electione & Electi poteſtate ſpecialem habemus titulum *lib.* 1. *Inſt. Jur. Can. tit.* 6. ut & in *Clementinis*.

12. Eſt autem nihil aliud *Electio*, quàm *Hominis alicujus per fraternam ſocietatem canonicè facta vocatio.* §. *cæterum, Inſt. J. Can. d. Elect.*

13. Dignitas autem in hac definitione dicitur Officium cum dignitate Eccleſiaſticâ. *Fraterna ſocietas* ſignificat collegia Clericorum, in quæ quis recipitur *canonicè*, id eſt, ſecundùm regulas J. Canonici.

14. Electio autem fit tripliciter, vel per *Scrutinium*, vel per *Compromiſſum*, vel per *Inſpirationem.*

15. Per Scrutinium, cum præſentibus omnibus

bus, qui debent, & poſſunt commodè intereſſe, tres de collegio fide digni aſſumuntur, qui ſecretè & ſigillatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in Scripturam redacta publicant. Quo facto, habitâ collatione, is demum cenſetur electus, in quem vel omnes, vel major & ſanior pars Capituli ſtatim conſenſit. §. *Scrutinium. Juſt. Jur. Can. d. Elect.*

16. *Per Compromiſſum* celebratur Electio, cum plures idonei viri eliguntur, quorum omnium conſenſu certo modo facultas & poteſtas transfunditur, qui arbitrii compromiſſarii fines diligenter cuſtodire debent, ſcituri, ſi quid non ſecundùm demandatam formam egerint, nullum habiturum juris effectum. §. *per comprom. eod.*

17. *Per Inſpirationem*, cum electores nullo præcedente tractatu, quaſi divini ſpiritus afflatu, ſimul omnes in unum conſentiunt, & ſimul unum nominant. Quod ſi forte Laici, prece vel pretio corrupti, aliquem concordibus petant clamoribus, is non tam per *Inſpirationem*, quàm per *Nefariam conſpirationem* nominatus, omni penitus Electionis fructu carere debet. §. *celebratur. eod.*

18. Fit autem electio citra juramentum. *c.* 8. *X. d. Conſuet.*

19. Poſtulatio eſt *Ejus, qui eligi non poteſt, in Prælatum, concors Capituli facta petitio. pr. Inſt. Jur. Can. d. Poſtul.* (*lib.* 1. *tit.* 8.)

20. Cæterum Poſtulatio fit quoque vel per Scrutinium, vel per Compromiſſum, & quidem ab iis, qui poſſunt eligere *c. Innotuit nobis. X. d. Elect. & elect.* Aliquando ſolenniter, aliquando minus ſolenniter fit, addito conſenſu ejus, cujus intereſt.

21. Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

21. Ubi Epiſcopus, Prælatus ſimilisve ita Electus vel Poſtulatus eſt, confirmari debet. Quam confirmationem Jus Pontificium Imperatoribus adimit, nam Epiſcopum Metropolitanus confirmat; Metropolitanum Patriarcha; Patriarcham ſummus Pontifex. Neque ſufficit electum & confirmatum eſſe, ſed inſuper quoque conſecrandus eſt, & quidem intra tres à confirmatione menſes, niſi legitimum ſubſit impedimentum. *c.* 2. *diſt.* 75.

22. Fit autem conſecratio unctione capitis, & manuum *Chriſmate*, ſolennibus verbis, precibusque. *c. un.* § 1. *in f. d. Sacr. unct. c.* 7. *diſt.* 23. & prævio examine.

23. Neque etiam conſecratio ſufficit Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, ſed hi quoque debent Pallium petere & impetrare, quamvis magnâ redemptum pecuniâ: Antea quippe pleniſſimam officii & dignitatis adminiſtrationem non habent.

24. Patriarchæ autem Pallium à ſummo Pontifice impetrant; Reliqui a Patriarchis *c. antiqua* 23. *d. Privil.* præſtito prius Sedi Apoſtolicæ Jurejurando Fidelitatis, & Obedientiæ. *c.* 4. *X. d. Elect. c.* 6. *diſt.* 23.

25. Eſt autem Pallium ornamentum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Metropolitanorum, & quandoque Epiſcoporum, de Corpore Divi Petri ſumtum, Paſtoralis officii plenitudinem deſignans *t. t. X d. Uſu & auct. pall.* Debet autem quisque cum hoc Pallio ſepeliri *c.* 2. *X. eod. tit. c. Nemo per ignorantiam.* 40. *de conſecrat. diſt.* 1.

26. Cum autem hoc Pallium magno ſit redimendum ære, ſæpe contingit, ut integri Epiſcopatus

patus exhauriantur, & ad paupertatem redigantur redemptione hujus Pallii. Hinc inter gravamina Procerum Romani Imperii adverſus Pontificem hoc quoque relatum eſt, occaſioque fuit arma contra Pontifices ſumendi, quia ſc. (ut loquitur Sleidanus) Pontifex linum ſuum nimis carè vendebat, & quia experientia probaverat Pontificem ex Archiepiſcopatu Moguntino, ſpatio unius hominis vitæ, ex confirmatione & pallio recepiſſe ſummam 175000 Florenorum Germanicorum, id eſt, circum circa *tres tonnas auri.*

Jus Civile.

27. Electio autem & Conſtitutio Epiſcoporum *Jure Civili*, tota quanta, pendet ab arbitrio Imperatoris *N.* 123. *c.* 1. & *ſeqq.* Imperatores permittunt Clericis, & Primatibus cujusque civitatis tres perſonas eligere, aut, ſi tres non reperiantur, duas. Jus Civile quoque requirit jusjurandum *d. Nov.* 123. *c.* 1. neque admittit illos modos per Scrutinium, Compromiſſum, & Inſpirationem. In ſpecie tamen requirit, ut Eligendus ſit orthodoxæ fidei, honeſtæ vitæ, & literatus.

Caput XVII.

De Poteſtate & Jure Epiſcopali.

Jus Civile.

1. JUre Civili Epiſcopis, Abbatibus, & ſimilibus nulla competebat Jurisdictio, ſed tantum Nuda notio. *t. t. C. d. Epiſc. Aud.*

Jus Canonicum.

2. Jure Canonico & Moribus noſtris, Jus Epiſcopale

piſcopale ad 4 potiſſimum capita refertur: Conſiſtit enim (1) in Ordine. (2) In Lege Diœceſanâ. (3) In Jurisdictione. (4) In ſtatu & dignitate ipſâ.

3. Ratione *Ordinis*, Epiſcopis competit (1) Poteſtas docendi & prædicandi verbum Dei. *c. inter cætera. ibiq. Gloſ. X. d. Offic. Ordin.* (2) Adminiſtrandi Sacramenta. *c. ſicut non alii* 11, & *c. 2. d. conſecrat. diſt.* 1. (3) Peccatores in Eccleſiâ ligandi, & abſolvendi, ſeu poteſtas clavium. *c. pervenit. cauſ.* 16. *q.* 1. *c. quia quorundam. §. clavis. in Extravag. d. V. S.* (4) Paſtores, aliosque ad officium prædicationis in ſuum ſubſidium ſeu liberâ voluntate, ſeu ad Patronorum legitimam præſentationem (*c. decernimus. c. Monaſter. c.* 16. *q.* 1. *c. relatum. X. d. Jure Patronatus*) aſſumendi & conſtituendi. *c. inter cætera. X. d. Off. Jud. ord.*

Patroni autem hoc loco dicuntur hi qui Eccleſias ſuis ſumtibus ædificarunt; Quod Jus Patronatus expreſſe confirmatum eſt Synodo Dordracenâ. (5) Poteſtas Examinandi iſtos Paſtores, in eorumque vitam & doctrinam ſecundùm rigorem Canonicum inquirendi. *c. quando, cum ſeq. diſt.* 24. & *t. t. X. d. Ætate & qualitate Ord.* & omnibus iſtis titulis ab 11 uſque ad 21 *l.* 1. *Decretal.* incluſis. (6) Poteſtas idoneas perſonas ad Eccleſiæ miniſterium ordinandi. *c. perlectis. §. ad Epiſc. diſt.* 25. *quamvis.* 4. *diſt.* 68. Quomodo, quâque formâ fiat ordinatio docet *c. in nomine Domini* 1. *diſt.* 23. (7) Miniſtris & Clericis ad ſuſtentationem officior. neceſſaria, titulos, præbendas, Canonias conferendi *c.* 1. 2. *diſt.* 70. (8) Eoſdem in tali officio introducendi & inveſtiendi *c. illud præter-eundum. c. cum laici. X. d. Jure Patronatus.* (9) Ab-

batibus,

batibus, Abbatiſſis, & ſacris Virginibus benedictionem dandi *c.* 1. *X. d. Supplic. neglig. Cleric. c. quamvis. diſt.* 68. (10) Eccleſias, & loca ſacra propriâ auctoritate ædificandi, & eligendi, nec non aliis ædificandi licentiam dandi *c. nemo Eccleſ. d. Conſecrat. diſt.* 1. *c. aliud* 14. §. *inſuper. X. d. privil. & exces lib. priv.* cum hoc autem convenit *Nov. Juſtin.* 67. & 131. *c.* 7. (11) Templa erecta conſecrandi *c. Eccleſias c.* 16. *q.* 7. *c.* 13. *d. Conſecrat. diſt.* 1. *l.* 9. *ff. d. R. D.* (12) Loca religioſa faciendi, velut Monaſteria, Oratoria, Xenodochia, Hoſpitalia, *t. t. X. & in* 6. *d. relig. domibus.* (13) Ordinationes Eccleſiaſticas, ad Eutaxiam Eccleſiæ pertinentes, condendi, nec non ſeminaria religionis inſtituendi, ſcil. ſcholas, quas vocant triviales; non verò Academias, quas ſolus Imperator vi ſummæ poteſtatis poteſt fundare *Conſt. Juſt. omnem.* §. *hæc autem tria.* 7. *ad Anteceſſores: c. de quibuſdam diſt.* 37. *c. prohibeat in f. & t. t. X. d. Magiſtris.*

Mores.

4. Hæc quidem hodie ita ſervantur inter Pontificios, ita tamen ut multa ex his non ſolis Epiſcopis, ſed & multò inferioribus, veluti Antiſtitibus, Prælatis, Clericis apud illos competant.

5. Apud illos verò, qui Reformatis ſacris addicti ſunt, quique, ſive Pace religioſâ Paſſavienſi, veluti in Imperio; ſive vi Majeſtatis, ut in Angliâ, Sueciâ; ſive jure belli, ut in Belgio & Helvetiâ, jura Epiſcopalia (inquam territorialia) & ſupremam poteſtatem recuperarunt, neque Epiſcoporum conſtitutio, neque horum jurium, quæ ſunt Ordinis, exercitium ita obſervatur, ſed nonnulla

de

de his ut ſuperſtitioſa prorſus omittuntur, ut Conſecratio locorum, ſimiliaque. Nonnulla autem eorum, quæ ad munus docendi, & Sacramenta adminiſtrandi ſpectant, per Paſtores tractantur; Nonnulla per eos, qui habent abſoluta jura territorialia, exercentur; & quidem alia immediate, veluti jus præſentatos Paſtores eligendi, vel alios non præſentatos conſtituendi; poteſtas Eccleſiarum condendarum, & ſimilia; Nonnulla verò per alios ſubordinatos, ſive Synodum, ſive Senatus Eccleſiaſticos, ſive alia Theologorum & Eccleſiaſticorum collegia, quò pertinent examina Paſtorum, exercitium poteſtatis clavium, & ſimilia.

7. Quamvis autem in Angliâ aliiſque locis adhuc retineantur nomina & officia Epiſcoporum, tamen horum & adminiſtratio & poteſtas longè alia eſt, quam quæ Jure Canonum deſcribitur, magisque Sacræ Scripturæ accommodata.

Caput XVIII.

De Lege Diœceſanâ.

1. AD *Legem Diœceſanam* ſpectat (1) in generé Canonica obedientia, ſubjectio & reverentia *c. conquerente X. d. off. J. Ordin.* quam omnes de Diœceſi tam Laici, quàm Clerici præſtare tenentur Epiſcopo, unde etiam vocatur Reverendiſſimus, non tantum in Jure Canonico, *c. In nomine Domini* 1. *d.* 23. & paſſim, ſed etiam in Jure Civili *t. t. C. d. Ep. & Cler. Nov.* 123.

(2) Adminiſtratio rerum & bonorum Eccleſiæ, tam mobilium, quam immobilium *c. ſiquidem. c.*

decretum. & *plurimi alii, cauſ.* 10. *q.* 1. *c. percipimus* 24. *cauſ.* 12. *q.* 1. Huc quoque pertinet bonorum Eccleſiaſticorum perperam alienatorum vindicatio *c. nulli liceat.* & *t.t. X. d. rebus Eccleſiaſt. non alienand. c. Auguſtino* 2. *c. ſi quib.* 42. *cauſ.* 12. *q.* 2. *l.* 21. *C. d. S.S. Eccleſ.* & *Auth. ſeq.*

(3) Oeconomorum, aliorumque Miniſtrorum, ad hæc bona adminiſtranda conſtitutio, rationumque ab iis repetitio; quâ in parte huic juri convenit Jus Civile *l.* 33. § *nihilominus.* 4. *C. d. SS. Eccleſ.* quamvis hoc ſpeciale ſit in J. Canonico, quod ex proprio Clero debeant conſtitui Oeconomi *c. in novâ* 22. *cauſ.* 16. *quæſt.* 7.

(4) Religioſarum Domuum, rerum adminiſtrationem,& illarum diſciplinam concernentium, cura; Monaſteriorum & Monachorum diſciplina in Diœceſi etiam ad Epiſcopum pertinet, *c. Monaſteria. c. viſitandi. c. non ſemel cauſ.* 18. *q.* 2. Niſi quædam religioſæ domus, earumque cura ſpeciali privilegio ad alios pertineat, de quibus in *Clement.* 2. *d. rel. domib.*

(5) Decimarum perceptio ac diſtributio *c. omnes decimæ c.* 16. *q.* 7.

(6) Retentio quartæ partis Decimarum pro ipſo Epiſcopo. *c. conquerente* 16. *X. d. off. jud. ord.* Hæc autem portio ſeu quarta pars, quam Epiſcopus ſibi detraxit, vocatur in Jure Canonico *Portio Canonica*, cujus hodie non magnus eſt uſus.

(7) Viſitatio Eccleſiarum: Epiſcopus enim dicitur ἀπὸ τοῦ ἐπισκοπεῖν, id eſt, ab inſpiciendo *c. Cleros.* 1. §. *Epiſcopatus. diſt.* 21. Hanc expedit nomine ejus aliquando Archidiaconus, qui ideo *Oculus Epiſcopi* vocatur *c. adhæc.* 7. *X. d. off. Archidiac.* Viſitationem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

tionem ſequitur ſumptuum in eam faciendorum collectio *d. c. conquerente. X. d. off. jud. ord.*

(8) Synodorum in ſuâ Diœceſi convocatio. Differt hic Jus Civile, quod in *Nov.* 137 vult Synodos fieri, non tam ad Conſtitutiones Eccleſiaſticas faciendas (quod potius ad Concilia univerſalia ſpectat) quàm ad tales Conſtitutiones faciendas, quæ vitia in ſua Diœceſi occurrentia & irrepentia corrigant.

(9) Jus exigendi auxilii, in charitate præſtandi, ſi quæ ſit juſta cauſa, aut neceſſitas. *d. c. conqueeente X. d. off. jud. ord.*

(10) Denique Jura Academiarum in ſua Diœceſi. Unde plerumque Cancellariorum in Academiis munus, & poteſtas permittendi indulgendique Doctorales honores, hodie in omnibus Academiis omnium vel Epiſcoporum vel Præpoſitorum Eccleſiaſticorum eſt. Qui tamen iterum hoc officium ſolent vel Decano Facultatis, vel Profeſſoribus committere, non ipſi eo fungi.

Mores.

2. Omnia hæc jura inter Pontificios hodieque obſervantur. Inter Reformatos non æque, ne quidem in Angliâ tam exactè, ſed, ut ſupra dictum, jura Epiſcopalia habent illi, qui habent territorialia, qui tamen illa exercent per perſonas Eccleſiaſticas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Caput XIX.

De Jurisdictione Epiſcopali.

Jus Canonicum.

1. JUre Canonico Epiſcopus Jurisdictionem habet per totam ſuam Diœceſin *c. cum contingat. X. d. for. comp. d. c. conquerente X. d. off. jud. ord.*

2. Clericorum omnes civiles, & criminales potiſſimum cauſas cognoſcit, & definit *l.* 33. *& Auth. ſtatuimus. C. d. Epiſc. & Cler. c. decernimus* 2. *X. d. jud.* Adeo ut Clericus ne quidem jurejurando prorogare poſſit Jurisdictionem Laici *c.* 10. *X. d. Faro comp.* neque Laicus poſſit eſſe arbiter in cauſis ſpiritualibus.

3. Pœnas quoque decernit Epiſcopus, imprimis verò Eccleſiaſticas, ſive Canonicas, quæ correctionem reformationemque morum, & vitæ præcipue reſpiciunt. Seculares verò quibus vel ultimum ſupplicium irrogatur, vel aliàs corpus affligitur, Laicis, tanquam vicariis & delegatis, committere ſolent: quia judex Eccleſiaſticus pœnam non irrogat. *c. Clericus. c. pen. X. ne Cler. vel Monach. ſecul negot. ſe immiſedant.*

4. Mulcta quoque pecuniaria irroganda ad Seculares pertinet, neque in Fiſcum Epiſcopi, ſed in Elemoſynam, vel alios pios uſus convertitur. *c. Presbyteri* 2 *X d. pœn.* (5. 57.) Huc quoque ſpectat Clericorum ab officio remotio. *t. t. X. d. Eoq. ord. furt. ſuſcepit.*

5. Obſervandum autem hoc loco obiter, quod Remotio

Remotio illa, quam *Depoſitionem* vulgò vocant, Jure Canonico ſit duplex, alia *Actualis*, alia *Verbalis*.

6. Actualis proprie *Degradatio* dicitur, ejusque modus deſcribitur in *c. Degradatio d. pœnis in 6.* Tollit autem non tantum officium, ſed omnia, quæ ad ordinem & dignitatem ſpectant.

7. Verbalis fit per ſententiam Epiſcopi, tollitque officium, ita ut Degradatus tamen retineat ea, quæ ſunt ordinis Clericalis.

8. Porrò Epiſcopus cenſuram Eccleſiaſticam in omnes Diœceſanos, Clericos & Laicos per *Excommunicationem Majorem* & *Minorem*, item per *Interdictum Generale & Speciale*, exercet. *c. quærenti* 20. *X. d. V. S.* (5:40.) *l.* 30. *C. d. Epiſ. & Cl. Nov.* 123. *c.* 11.

9. Eſt autem *Major* Excommuuicatio, quâ quis excluditur a totâ Eccleſiâ *c. pen. X. d. Sent. Excomm.* & aliàs ſolet dici *Anathema*, id eſt, æterna mortis damnatio, quæ quidem J. Canonico eſt atrociſſima pœna, & exactiſſimam cognitionem requirit. Unde totus *t. in Decret. Sexto & Clement. d. Sent. Excommun.*

10. *Minor* autem Excommunicatio à Sacramentorum perceptione arcet, ſalvo hominum commercio *d. c. pen.*

11. Interdictum verò hoc loco eſt *Cenſura Eccleſiaſtica, quâ Univerſitati aut Civitati jus religionis exercendæ adimitur, Clericisque interdicitur, ne divina officia celebrent, Sacramenta adminiſtrent, aut ſepulturâ Eccleſiaſticâ mortuos donent. c. ſi ſententia* 16. *d. Sent. Excomm. in* 6.

12. Atque hoc ſolent facere ob culpam ejus, qui loci Dominus eſt, aut in eo Jurisdictionem

 habet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

habet *d. c.* 16. Abſolutio quoque ab Excommunicatione vel Interdicto pertinet ad jus Epiſcopale *c. nuper. 29. X. d. Sent. Excomm.*

Jus Civile.

13. Hoc jure hæc omnia ad Poteſtatem Imperatoris pertinent *l. 5. C. d. Sum. Trin. Nov. 123. c. 11.*

Mores.

14. In Hungariâ legibus fundamentalibus cautum eſt, ne Excommunicatio fiat injuſſu Regis. Idem & alibi obſervatur teſte Molinæo.

Jus Canonicum.

15. Similiter *J. Can.* ad Jurisdictionem Epiſcoporum pertinet *Abſolutio a Jurejurando illicitè* extorto, quo ad effectum agendi aliumve *c. 1. c. verum 15. X. d. Jurej.*

Jus Civile.

16. Jure Civili autem illa abſolutio pertinet ad poteſtatem Imperatoris. *l. 6. §. fin. d. Jure Patron. l. fin. ff. ad Mun.*

Mores.

17. Hæc abſolutio hodie ſupremis Tribunalibus competit, teſte Gailio, Myntingero, & aliis, veluti in Imperio Cameræ Spirenſi, in Hollandiâ Supremæ Curiæ, quæ eſt Hagæ-Comitis.

Jus Canonicum.

18. Huc quoque pertinet Jus Diſpenſandi, ut vocant, ſuper gradibus, in matrimonio prohibitis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Civile.

19. Quod Jus Jure Civili etiam ad Imperatorem ſpectabat *t. t. C. Si nupt. ex reſcr. pet. l. 38. d. Adopt. l. 31. 57. d. R. N.*

Mores.

20. Hodie ad illos, qui majeſtatem habent, pertinet. Obſervandum autem in gradibus prohibitis non admitti diſpenſationem in lineâ aſcendente & deſcendente, ſed tantum in collaterali.

Jus Canonicum.

21. Denique Jus diſpenſandi, de defectibus & irregularitatibus Clericorum *c. ad Audientiam. c. continebatur. X. de Homic. c. 2. d. Cler. pugnant. in duell.*

Mores.

22. Cenſura autem & diſciplina Eccleſiaſtica hodieque exercetur per perſonas Eccleſiaſticas, non per ipſos Principes, aut eos, qui ſummam habent poteſtatem in Diſciplinâ Eccleſiaſticâ. *De Diſciplinâ Eccleſiaſticâ* in Belgio elegantiſſimè ſcripſit Eſſenius, in Imperio Carpzovius *in Tract. de Juriſdictione Eccleſiaſticâ.*

CAPUT XX.

De Statu, & dignitate Epiſcopali.

Jus Canonicum & Civile.

1. Dignitas Epiſcopalis conſiſtit primò in titulis & honorum nominibus. In genere E-

piſcopi habent gradum Illuſtrium, qui quidem ſummus fere erat Jure Civili. *c. fin. c. 5. q. 2. junct. l. 17. §. fin. C. d. dign. Auth. Epiſcopalis, & l. 21. C. d. Epiſ. & Cler.*

2. Tres enim Jure Civili ſunt gradus honorum, Clariſſimi, Spectabiles, & Illuſtres. Sed & alii erant Superilluſtres. Juſtinianus Epiſcopos non vocat Illuſtres, licet dignitatem Illuſtrium habeant, ſed Reverendiſſimos, Sanctiſſimos, *Nov.* 3. 5. 7. 11. 81.

Mores.

3. Proprie maximus titulus Epiſcopi eſt *Reverendiſſimus*, eoque nomine moribus quoque noſtris vocatur Belgicè **Hoogwaerdighe**. Archiepiſcopi & Cardinales vocantur Eminentiſſimi, Germ. **Hoogwaerdighſter.**

Jus Civile.

4. Multas autem immunitates, libertates, & ſecuritates Imperatores conceſſerunt Epiſcopis, *Auth. nullus Epiſcop. & t. t. C. d. Epiſc. & cl. Nov.* 81.

Jus Canonicum.

5. Cui convenit Jus Canonicum in *Clement. ſi quis ſuadente* 1. *d. pœn.*

Jus Canonicum.

6. Ad dignitatem verò Epiſcopalem ſpectat Jus coronandi Imperatores, & Reges: nam, ut S. Scriptura paſſim teſtatur, Sacerdotes & Prophetas unxiſſe Reges, ita hoc poſteà Moribus fere totius Orbis tranſlatum eſt ad Epiſcopos. Hinc Imperator, ſeu Rex Romanus primum coronatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

que inungitur ab Archiepiſcopo Colonienſi, ut videmus in aureâ Bullâ Caroli IV: Rex Hiſpanus a Toletano; Gallus a Remenſi; Anglus a Cantabricenſi; Hungaricus a Strigonienſi; Polonus a Guernenſi; Bohemus a Pragenſi; Suecus ab Upſalienſi; Danus a Lundenſi; Scotus ab Epiſcopo St. Andreæ.

7. In Imperio autem eminentior eſt dignitas Epiſcoporum: quia ibi jura Territorialia & Regalia, ut alii Principes, poſſident, donec ab Imperatore inveſtiuntur. Quamvis hæc jura non tanquam Epiſcopi, ſed tanquam Principes & Vaſalli Imperii tenent, unde etiam horum Jurium in Jure Canonico nulla eſt mentio.

8. Quæritur, Quare Epiſcopi ſummas illas dignitates, velut Cancellariorum Imperii & ſimilium habeant? Reſp. Illæ dignitates ab antiquo de neceſſitate in Epiſcopos, qui literati erant, fuere collatæ, cum olim Principes propter ſummam imperitiam illis adminiſtrandis non ſufficerent.

9. Jure tam Civili, quam Canonico varia & plurima privilegia ſunt data Epiſcopis, Clericis, & Sacri Ordinis Viris, de quibus paſſim Jure Civili in *t. t. C. d. Epiſ. & Cler.* & in *t. d. SS. Eccl.*

10. Quæ tamen privilegia moribus, præſertim Belgii, ſunt antiquata, teſte *Grot. in Introd. & Gronew. ad l. 4. C. d. Epiſ. & Cler.*

Mores.

11. Primi Chriſtiani Imperatores plurima Eccleſiaſticis largiti ſunt privilegia & bona, quà mobilia, quà immobilia. Cum autem Eccleſiaſtici plurima corraderent, & conſervando cumula-

mularent, neque ferrent Eccleſias, earumque perſonas ullis exactionibus onerari, *t. t. X. d. Immun. Eccleſ.* non potuit non hæc res in ſummam Imperii perniciem vergere. Cui malo remedium allaturi prudentes Principes, maximè in Belgio, Eccleſiaſticis immobilium acquiſitionem in univerſum interdixere, plurimis in eam rem editis Conſtitutionibus, juxta quas amortiſatio bonorum ex indulgentiâ Principis impetranda eſt, teſte *Grotio Introd. l. 2. p.* 5. 2. 13. & *Zypæo Not. Jur. Belg. pag.* 16.

12. Amortiſatio dicitur, quando bona quædam veniunt in manum quaſi mortuam, unde poſtea extorqueri nequeunt; Veluti cum veniunt in Eccleſiam; tunc enim, quia bona Eccleſiaſtica alienari non poſſunt, poſteà ad alios redire nequeunt.

Mores.

13. Cæterum quomodo hodie quædam Bona immunitate Eccleſiaſticâ gaudeant, docet Groenew. ad *Auth. Caſſa C. d. SS. Eccleſiis.*

TRAC-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

TRACTATUS
DE
JURE PRIVATO.
Juxtà tria Juris Objecta, & Ordinem Inſtitutionum Juſtiniani.

CAPUT XXI.

De Jure Perſonarum.

1. Occurrit hic triplex ſtatus 1. Herilis & ſervorum. 2. Familiæ, ſeu Patriæ Poteſtatis. 3. Tutelæ & Curæ.

Jus Civile.

2. Summa diviſio hominum eſt in liberos & ſervos *pr. J. d. J. Perſon.*

Jus Canonicum.

Summa diviſio eſt in Laicos & Clericos *c.* 7. *c.* 12. *q.* 1.

Jus Civile.

3. *Jure Civili* Servitus eſt Conſtitutio J. Gentium §. 2. *d. Jure Perſon.* Quia J. Gentium captivi ſervantur, non occiduntur.

Jus Canonicum.

4. *Jure Can.* dicitur Servitus introducta per ebrietatem. *c. Sexto die* 8. *vers. manebat. diſt.* 35. Quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Quod quomodo intelligendum ſit, non eſt adèo expeditum; Niſi forte dicas *Ebrietatem* hic intelligi de ſtatu mentis malè ſanæ, & quod illi qui, neglectâ pace, bellum ſectati ſunt, & per bellum captivitates, per captivitates ſervitutes introduxerunt, non ſatis ſanæ mentis fuerint; quæ licet ita ſint, non tamen expreſſè ſervitutem improbat Jus Canonicum, ſed contrà confirmat, eam non eſſe contra naturam. Limitat tamen eam magis, quàm Jus Civile: nam hoc Jure ſervi pro nullis & mortuis habentur. *l.* 14. §. 3. *R. N. l.* 22. 32. *d. Reg. Jur. l.* 3. *C. d. Inceſ. nup.* Illo verò, ſc. Canonico, matrimonium contrahere poſſunt *c.* 1. & *t.* 1. *X. d. Conjung. ſerv. c.* 5. *cauſ.* 29. *q.* 2.

Jus Civile.

5. Servus cogitur ſalutem Domini præferre ſuæ ſaluti. *l.* 1. §. 28. *ff. d. St. Sylan.*

Jus Canonicum.

Hoc Jure contra. *c. humanum. diſt.* 1.

Jus Civile.

6. Modi, quibus ſervi fiunt liberi, pauci ſunt, certique, & enumerantur *t.* 1. *J.* & *ff. d. Manum:*

Jus Canonicum.

Judæus, ſimulac Chriſtianus fieri deſiderat, fit liber. *c. nulla.* 14. *diſt.* 54. Imo Pontifex Pius V. edidit Conſtitutionem, quam refert Petrus Matthæus in 6. *X.* quâ captivos ſacro Baptiſmate lavatos, liberos eſſe vult. Et certum eſt analogiam & rationem J. Canonici non admiſiſſe jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

illud Romanum Dominicum, exercendum a Chriſtiano in fratrem Chriſtianum, cui charitatem Chriſtianam ita præſcribit & inculcat, ut cum eâ durius illud Jus Romanum herile conſiſtere non poſſit.

7. Itaque quo magis invaluit Chriſtiana religio, eo remiſſius actum eſt cum ſervis, in primis verò Chriſtianis.

Mores.

8. *Moribus noſtris*, inprimis apud Belgas, ſervitus prorſus exolevit, ita ut etiam ſervi, qui aliunde huc adducuntur, ſimul atque Imperii Belgici fines intrarunt, invitis ipſorum Dominis, ad libertatem proclamare poſſint. Idque horum locorum Conſtitutionibus publicis confirmatum eſt, & nonnullis aliis receptum Chriſtianis, ut teſtatur Grotius *Introd. l.* 1. *part.* 4. §. 2. *Zypæus d. not. Jur. Bel. l.* 6. *tit.* 1. & fuſius Groenew. ad *t. Inſt. d. his q. ſunt ſui vel al.* In aliis tamen Imperiis, veluti in Imperio Romano Germanico, in Regno Galliæ, Poloniæ, Sueciæ, Daniæ, & aliis, non quidem Romana ſervitus manet, ſed ſtatus hominum propriorum priſtinæ ſervituti non diſſimilis. In Germania enim habent ſuos homines proprios (Lÿfeigene) in quorum & perſonam, & bona Domini multum Juris habent, quod & in aliis Regnis ac Imperiis obtinet, de quibus Juribus integrum tractatum ſcripſit *Stammius d. Jure Perſonali*, & *Zuſanus de Hominibus propriis*.

9. Sed & ipſiſſima ſervitus hodie exercetur in iſtis locis, ubi cum Turcis, Saracenis, Tartaris bella gerunt, & captivi in ſervitutem rediguntur,

guntur, ut ibi hodieque captivitas ſit cauſa ſervitutis: quâ de re etiam recentes habemus Conſtitutiones Imperii, qualis Conſtitutio *Caroli* V. *Anno* 1542 Spiræ edita.

Caput XXII.

De Patriâ Poteſtate.

Jus Civile.

1. PAtria poteſtas, quæ propria eſt Civium Romanorum, §. 2. *Inſt. d. Patr. pot.* ſumma quidem eſt ratione Juris, quod habet Pater, tum in perſonam, tum in bona Filii, ut conſtat ex *t:t. C. d. Emend. Propinq. & t. c. d. Patr. poſt.*

Jus Canonicum.

2. Hoc jus Jure Canonico non improbatur, ſed etiam agnoſcitur.

Jus Civile.

3. Differt tamen Jus Canonicum & J. Civ. in eo, quod J. Civ. ſumma Patriciatus dignitas Filium a Patria poteſtate liberet, nec non Conſularis & Epiſcopalis. §. 4. *J. quibus mod. Jus p. p. ſolv. Auth. Sed Epiſcopalis. C. d. Epiſ. & Cler.* poſt *l.* 34. *eod.*

Jus Canonicum.

4. Jure *Canonico* Patriam poteſtatem ſolvit quoque titulus inferior, quam Sacerdotii, veluti Clericatus *c. per venerabilem*, 13. *pr. X. q. filii ſint legit.* (4:17.)

Mores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

5. *Moribus noſtris*, in Hollandia aliisque locis eſſe antiquatam prorſus Patriam poteſtatem, poſt Grotium & Gudelinum teſtatur *Groeneweg: ad tit. Inſt. d. Pat. pot.* In Friſiâ Occidentali pleniſſime adhuc viget, teſte *Sande l. 2. Deciſ. t. 7. dec.* 1. idemque obtinet in Friſiâ Orientali, ut parte Romani Imperii, in cujus plerisque territoriis & Patriam poteſtatem, & emancipationes, aliosque modos eam ſolvendi obtinere, plurimis auctoritatibus confirmatur in *Synops. Inſt. Schulziana.*

6. In Galliâ quoque veſtigia Patriæ poteſtatis remanere vult Scoppius; conſuetudine tamen illam eſſe ſublatam refert *Connan. l. 2. Comment. c.* 13. & Mornacius ad *l. 8. d. His qui ſunt ſui vel al. Jur.* Patria autem poteſtas acquiritur J. Civili tribus modis, Nuptiis, Legitimatione, & Adoptione, eaque occaſione hic agitur de *Nuptiis.*

CAPUT XXIII.

De Nuptiis.

1. TRactatus de Nuptiis dividitur in tria membra. 1. De Sponſalibus. 2. De Matrimonio. 3. De Divortiis, ſive cauſis diſſolvendi matrimonii.

Jus Civile.

2. Prima differentia circa Sponſalia inter Jus Civile & Canonicum eſt, quod JURE *Civili* omnia Sponſalia ſint mentio & repromiſſio fu-

turarum Nuptiarum *l.* 1. *ff.* & *C. d. Sponſ.* Unde conſtat omnia Sponſalia eſſe de futuro.

Jus Canonicum.

3. JURE *Canonico* verò alia ſunt de præſenti, alia de futuro. *c. pen.* & *ult.* X. *d. Sponſ.* Sponſalia de præſenti ſunt, quæ habent purum & abſolutum conſenſum; de futuro, quæ obligant cum aliquo tractu temporis.

Mores.

4. *Moribus noſtris* Jus Canonicum ſequimur, & diſtinguimus inter Sponſalia de præſenti & de futuro, nec non differentiam facimus ratione effectuum.

Jus Civile.

5. Alii deſponſata renunciare conditioni, & alii nubere non prohibetur. *l.* 1. *C. d. Sponſ. l.* 10. *D. eod. l.* 2. §. 2. *ff. d. Divort. l.* 2. *C. d. Repud.* Cum enim olim permiſſa fuerint divortia bonâ gratiâ, per quæ diſſolvi poterant matrimonia, multò magis Sponſalia; adeoque Jure Civili Sponſalia non habebant vim contractus.

Jus Canonicum.

6. Sponſalia vim contractus habent, & ab iis recedere non licet *C.* 2. *d. Sponſ.* uti conſtat ex inſcriptione *tituli* X. *d. Cond. appoſ. in deſponſ.* & *aliis contractibus.*

Mores.

7. Moribus noſtris non tantum Pontificii, ſed etiam Proteſtantes, atque ipſi Belgæ ſequuntur Jus Canonicum, & Sponſalia obſervant tanquam contractus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

tractus bonæ fidei, uti poſt multos alios obſervat *Groenew. ad l.* 1. *C. d. Sponſ.* ubi expreſſè citat *c. ex litteris* X. *d. Sponſ.* & *c. deſponſatam. c.* 27. *q.* 2.

Jus Canonicum.

8. Sponſalia ſub conditionibus turpibus, quæ tamen ſubſtantiam matrimonii non evertunt, (veluti ſi homicidium feceris) contracta, valent, & hæ conditiones pro non adjectis habentur *c.* 1. *c. ult.* X. *d. Cond. appoſ.*

Jus Civile.

9. Jure Civili id ſecus ſe habet: cum ejuſmodi conditiones actus inter vivos vitient, & in ultimis voluntatibus pro non adjectis habeantur. §. 24. *Inſt. de Inut. ſtip. l.* 31. *d. O. & A.*

Mores.

10. *Moribus noſtris* non ſolum Pontificii, ſed & purioris religionis aſſeclæ videntur ſequi Jus Canonicum, uti conſtat ex obſervatione Theorica Pract. Hahnii *in Weſ. ad tit. d. Sponſal.*

Jus Civile.

11. Hoc Jure Sponſalia nemo poteſt contrahere ante ſeptennium expletum, & qui volunt contrahere matrimonium, debent eſſe puberes *l.* 14. *d. Sponſal. pr. Inſt. d. ſtupt.*

Jus Canonicum.

JURE *Canonico*, neque in Sponſalibus neque in Nuptiis certa ætas definita eſt, ſed *ſi malitia ætatem ſuppleat*, matrimonium poteſt contrahi, nec in Sponſalibus certa ætas requiritur *c. q. c. ult. X. d. Sponſ. Impub. c.* 3. *X. d. Sponſ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

12. *Mores noſtri* variant hic, & nonnullorum locorum Statuta & conſuetudines faciunt divortium a Jure Can. & Civ. Sic Statuta Lunenburgenſia requirunt in fœminis ætatem XVI annorum. Aliorum verò locorum Statuta, inprimi qui Sacris Pontificiis addicti non ſunt, ſervant Jus Civile; plerique tamen Jus Canonicum ſequuntur, tutius ducentes Judicis arbitrio committi, quæ ætas, quæ perſona apta ſit ad contrahendum matrimonium, uti conſtat ex *Synopſ. Schultzianâ.*

CAPUT XXIV.

De ipſo Matrimonio.

Jus Civile.

1. PRima differentia inter Jus Civile & Can. eſt, quod JURE *Civili* Cauſa matrimonialis non habeat forum ſeparatum, neque annumeretur Sacris: Hujus quippe rei nulla mentio in univerſo Jure Civili. Sed cognitio de controverſiâ matrimoniali, ut & alterius Civilis, ſpectat ad Magiſtratus ordinarios, & ſuprema poteſtas circa has cauſas ad Principem. *t. t. C. Si Nupt. ex Reſcr. pet.*

Jus Canonicum.

2. JURE *Canonico* cauſa Matrimonialis habetur pro Spirituali, & ſpectat ad Forum Eccleſiaſticum. *c. multorum.* 10. *c.* 35. *q.* 6.

Mores.

Mores.

3. *Moribus noſtris* Jus Canonicum ſervatur inter Pontificios, Jus Civile inter Reformatos, aliosque, ita tamen ut multis in locis, inprimis apud Lutheranos, Magiſtratui Politico adjungantur quidam Eccleſiaſtici, ex quibus ſingulare *Judicium Matrimoniale* fit. Belg. **een Echtgerigt.**

Jus Civile.

4. JURE *Civili* Cives tantum Romani contrahunt nuptias ſeu matrimonium *pr. Inſ. d. Nupt.* unde ſervi non contrahunt matrimonium, (ſed contubernium tantum) nec deportati, nec peregrini. Ulp. in *Fragment. t. 5. l. 3. C. d. inc. & inutil. nup.*

Jus Canonicum.

5. JURE *Canonico* Matrimonium quoque permittitur ſervis *c. pen. X. d. Conjug. ſerv.* & multò magis deportatis ac peregrinis. Quod ſi tamen quis liber duxerit ſervam, requiritur, ut ſit non ignarus conditionis ſervilis, aliàs ut erroneum diſſolvitur matrimonium. *c. 2. c. 2. & ult. X. eod.*

Mores.

6. *Moribus noſtris* Jus Can. magis ſequimur.

Jus Civile.

JURE *Civili* veteri, Clericis quoque permiſſum fuit conjugium. *l. 2. in f. C. d. Ep: & Cl.* ſed poſtea, inprimis per Conſtitutiones Juſtiniani, Clericis non fuit permiſſum, *N.* 123. *c.* 14. & 29. & Clericatus morti conparatur *N.* 22. *c.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

7. JURE *Canonico* veteri, matrimonium quoque Clericis erat permiſſum, & uſitatum *c. Nicæna.* 12. *diſt.* 31. ſecus eſt Jure Can. recentiori. *t.t. X. qui Cler. vel vovent. Matrim. contr. paſſ.* cujus rei quidem abſurdam rationem reddit *c. X. d. Vit. & hon. Cler.* (3: 1.) licet matrimonium inter Sacramenta referat.

Mores.

8. *Moribus noſtris* Pontificii Jus Can. ſervant; Noſtrates Jus Civ. & Canonicum vetus, ut Juri Divino convenientius.

Jus Civile.

9. *Jure Civ.* requiritur conſenſus Parentum, in quorum poteſtate ſunt liberi, ſine quo matrimonium eſt ipſo J. nullum. *pr. Inſt. d. Nup. l.* 25. *ff. & l.* 12. *C. eod.*

Jus Canonicum.

10. JURE *Can.* inprimis noviſſimo, conſenſus hic non requiritur. *c. cum cauſam* 6. X. *d. Raptor. c. per tuas.* 6. X. *d. Cond. appoſ. c. ſufficiat. c.* 27. *q.* 2. *c. cum ad.* X. *d. Sponſal. c. verum* X. *d. Regular. c.* 1. X. *d. Deſponſ. Imp.* & quamvis nonnulla capita aliud innuere videantur, ipſi tamen Pontificii ita Jus ſuum interpretantur, ut liquet ex *Gail.* 2. *Obſ.* 33. Imo Concilium Tridentinum anathemate damnat eos, qui dicunt conſenſum Parentum ad Matrimonium eſſe neceſſarium, *Seſſione* 24.

Mores,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

11. *Moribus noſtris*, Juri Divino, & Naturali Jus Canonicum hac in parte convenientius videtur, quibus abſoluta illa neceſſitas conſenſus Parentum, & diſtinctio eorum, qui habent Patriam poteſtatem, & non habent, non ita recepta eſt, ſaltem in plerisque locis: In Hollandiâ enim filii 25, & filiæ 20 annis minores ſine conſenſu Parentum non poſſunt nuptias contrahere, juxtà *Ord. Pol. Holl. art.* 3. Quæ plenius tractat Grotius in *Introd. l.* 1. *p.* 8. & *Groenew. pr. J. d. Nup.* De Saxoniâ, Germaniâ & aliis, vide *Synopſ. Inſt. Schultz.*

Jus Civile.

12. Jure *Civ.* Matrimonium poteſt eſſe ſine dote *l. ult. C. d. don. ant. Nupt.*

Jus Canonicum.

Jure *Can.* matrimonium non eſt ſine dote *c. nullum.* 6. *cauſ.* 30. *q.* 5.

Mores.

Moribus noſtris Jus Civile prævalere certum eſt.

Jus Civile.

13. Jure *Civ.* matrimonium inter collaterales permiſſum eſt Conſobrinis. §. 4. *Inſt. d. Nup.* & quanquam illas nuptias Imp. Theodoſius aliquando prohibuerit, filii tamen ejus Patris legem antiquarunt. *l.* 19. *C. d. Nup.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

14. JURE *Can.* prohibitio inter Collaterales multò latior eſt: Nam veteres Canones nuptias prohibent inter collaterales uſque in infinitum *c.*16.17.18.*cauſ.*35. *q.*2. Poſt ad ſeptimum gradum reſtricta eſt prohibitio.*c.*19.20.*eod.*tandem demum in quinto gradu Canonico, id eſt, 10 Civili matrimonium permiſſum eſt, tam in lineâ æquali, quàm inæquali. *c.* 8. *X. d. Conſang. & affin.* (4:14.)

Mores.

15. *Moribus noſtris* Pontificii ſequuntur Jus Canonicum; Reformati Jus Civile, & Belgæ quidem ſimpliciter, ut teſtatur *Grot. in Iſag. p.* 1. *t.* 5. Apud alios tamen Reformatos conſobrini conjungi nequeunt, niſi impetratâ prius diſpenſatione, ut conſtat è *Synopſ. Schultz. ad* §. 4. *J. d. Nup.* licet J. divino conſobrinorum Nuptiæ non ſunt vetitæ.

16. Jus autem Canonicum hac in parte ex duplici quidem ratione eſt abſurdum: tum quia libertatem impedit in matrimonio (forte ut Pontifici ex prohibitorum conjugiorum permiſſione uberior ſit quæſtus) tum quia ſibi conjungi permittit eos, qui ſibi ſunt parentum liberorumve loco.

Jus Civile.

17. JURE *Civ.* inter Raptorem & Raptam, licet conſentientem, non poteſt eſſe matrimonium *l. un. c. d. Rap. Virg. l. pen. c. d. Ep. & Cler.* quod etiam videntur probare Canones veteres juxta *c.* 1. 2. *& ſeq. cauſ.* 36. *q.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

18. JURE *Can.* recentiori, permittitur matrimonium, ſi prior diſſenſio tranſeat, & raptor & rapta poſtea conſentiant. *c. cum caut. c. J. X. d. Raptor.* idque confirmat Concilium Trident. *d. Seſſione* 24. *d. reform. matrim. c.* 26.

Mores.

19. *Moribus noſtris*, Conſtit. Carol. V. & multorum locorum legibus, Raptor ultimo ſupplicio afficitur. Id tamen non in omni raptu obſervatur, ſed inprimis, ſi vis publica, vel alia atrocior circumſtantia accedat, unde etiam mitiorem illam ſententiam Juris Canonici, & matrimonium inter raptorem & raptam non modo apud Pontificios, ſed & Reformatos conſiſtere, patet ex *Groenew. ad t. C. d. rap. Virg.*

Jus Civile.

20. JURE *Civ.* veteri, matrimonium prohibetur inter Senatorem & libertam, aliamque ſimilem fœminam *l.* 23. *l.* 44. *ff. d. R. N. l.* 15. *C. d. Nup.* Juſtinianus tamen poſtea in gratiam ſuæ Theodoræ, quæ fuerat turpiſſima meretrix & ſcenica, conſtituit, ut etiam maximis decorati dignitatibus cum libertis & humilioribus quibuslibet conjungi poſſint *Nov.* 117. *c.* 6.

Jus Canonicum.

21. JURE *Can.* etiam indiſtincte permittitur matrimonium digniſſimorum cum indigniſſimis, & Patronorum cum libertis ſine ullo diſcrimine. *c. ſi quis ancillam.* 3. *c.* 29. *q.* 2. *c.* 20. *X. d. Sponſal.*

Mores.

22. *Moribus noſtris* illud quoque ſervatur, ut inter plures teſtatur *Groen. ad l.* 23. *c. d. Nup.*

Jus Civile.

23. JURE *Civ.* prohibetur matrimonium inter tutorem & pupillam, curatorem & adultam *l.* 36. *l.* 59. *l.* 66. *& pen. ff. d. R. N. t. t. C. d. Interd. matr. int. tut. & pup.*

Jus Canonicum.

24. JURE *Can.* talis prohibitio non invenitur, ſed tale matrimonium permittitur.

Mores.

Moribus noſtris Jus Canonicum ſervatur, teſte *Groen. ad d. t. C. d. int. mat. tut. & pup.*

Jus Civile.

25. JURE *Civ.* prohibetur matrimonium inter Præſidem & mulierem Provincialem *l.* 38. *l.* 63. 65. *ff. d. R. N.*

Jus Canonicum.

JURE *Can.* non item, ſed tantum inter baptizantem, & baptizatam, ſuceptorem & ſuſceptam, ob cognationem & affinitatem ſpiritualem, prohibetur matrimonium *c. ex literis* 8. *X. d. Cognat. Spir.* (4: XI.) *l.* 26. *C. h.*

Mores.

26. *Moribus noſtris* ſecus eſt, & non attenditur ſpiritualis cognatio. Sed in omnibus his ſpeciebus

ciebus obſervandum eſt, quod Jus Canonicum rem ſemper ad ſimplicitatem Juris gentium reduxerit, & Mores noſtri ut plurimum id imitentur.

Jus Civile.

27. JURE *Civ.* nullo loco prohibetur matrimonium cum eo, qui alienis ſacris addictus aut hæreticus eſt *l. 16. C. d. Ep. Aud. l. pen. d. Sponſ.*

Jus Canonicum.

28. JURE *Can.* autem prohibetur. *c. 14. d. hæret. in 6. c. 16. cauſ. 28. q. 1.*

Mores.

29. *Moribus noſtris* Jus Can. inter Pontificios, inter alios Civile ſervatur.

Jus Civile.

30. *Jure Civ.* ſolus conſenſus & affectus nuptialis facit Nuptias, neque ullæ aliæ ſolennitates pertinent ad ſubſtantiam Nuptiarum. *l. 30. d. R. J. l. 22. C. d. Nupt. Nov. 22. c. 3. c. 4. Nov. 117. c. 3. & 4.* Quinimo tacitus conſenſus J. Civ. facit Nuptias: nam ex diuturna cohabitatione præſumitur matrimonium, liberique æſtimantur legitimi. *l. 24. d. R. N. Nov. 78. c. 4.* Jure veteri quoque uxor poterat uſu capi: ſi enim integrum annum cum viro cohabitaſſet, uſu capta cenſebatur.

Jus Canonicum.

31. JURE *Can.* videtur requiri benedictio Sacerdotalis, aliæque ſolennitates hodie fieri ſolitæ *c. 2. cauſ. 30. q. 5. c. 50. cauſ. 27. q. 2. c. ult. d. 23.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

c. nulli. 19. *cauſ.* 35. *q.* 2. *c. vir* 3. *X. d. ſec. Nup. c.* 6. *cauſ.* 30. *q.* 5. Sed tamen hæc ad ſubſtantiam matrimonii non ita requiri, ut hiſce deficientibus matrimonium ſit ipſo jure nullum, multa alia loca evincunt. *c. noſtrates.* 3. *cauſ.* 30. *q.* 5. *in J. c. veniens.* 15. *& c.* 21. *X. d. Sponſal.* Atque ſic Jus Canonicum cum Civ. conciliat Perezius *ad. d. tit. C. d. Nup. n.* 12.

Mores.

32. Conveniunt Mores cum Jure Can. quodammodo; nam Proclamationes, & Benedictio Sacerdotalis obſervantur quidem, ſed non tanquam requiſita eſſentialia; Unde in Belgio multi, ſc. non Reformati, coram magiſtratu matrimonium contrahere poſſunt *Ord. Pal. Holl. art.* 3. Et in Germaniâ, Friſiâ, aliisque locis liberi, ante benedictionem Sacerdotalem nati, non pronunciantur illegitimi, ut teſtatur *Sande in Dec. l.* 1. *t.* 1. *dec.* 1. *& Hahn. abſ. Theor. Pract. ad Tit. d. R. N. n.* 5.

33. Concilium Tridentinum aut alioqui Jus Pontificium noviſſimum alia ad matrimonium requirit, ſc. ut præcedant trinæ proclamationes fiatque benedictio a Paracho ordinario, quod inter Pontificios etiam hodie obſervatur, quanquam multi etiam ex illis hæc nolunt ſpectare ad ſubſtantiam, ex quibus intelligitur Novellam *Leon.* 89. uſu non eſſe receptam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Caput XXV.

De Divortio.

Jus Civile.

1. PRima differentia inter Jus Civ. & Can. eſt quod Jure *Romano*, & vetuſtiſſimo & recentiſſimo matrimonium facile poterat dividi, ſi quidem divortia fiebant bonâ gratiâ, quæ ante ſe antiquata Juſtinus ſecundus, Juſtiniani ex ſorore nepos, iterum valere juſſit *Nov.* 140. olim enim Jure veteri valebant *l.* 32. §. 10. *d. donat. int. vir.* Ipſe Juſtinianus hoc jus antiquaverat per *N.* 22. & 117. *c.* 8. 10. Olim quoque malâ gratiâ fiebant divortia propter quaslibet varias, multas, ac leves cauſas *l.* 9. & *t. t. ff. d. divort. & rep.* quæ poſteà per Theodoſium nonnihil reſtrictæ ſunt in *l.* 8. *C. eod.* uſque ad decem & ſeptem, ob quas uxor repudiabatur, de quibus poſteà Juſtinianus *N.* 117. *c.* 8. retinuit tantum 7, & de tredecim cauſis, ob quas vir poterat repudiari, retinuit tantum 5. *Nov.* 117. *c.* 9.

Jus Canonicum.

2. Hoc Jus toto cœlo differt a ſuperiori: diſtinguit enim divortium in duo genera; Alterum quod fit quoad thorum & menſam, cum ſcilicet mutua conjugalis converſatio ad tempus, vel in perpetuum interdicitur.

3. Idque (1.) propter adulterium *c.* 1. & 3. *cauſ.* 32. *q.* 7. Item (2.) ſi conjux in hæreſim labatur, *c.* 2. *X. d. divort.* & (3.) ob ſævitias & inſidias vitæ ſtructas *c.* 2. *cauſ.* 32. *q.* 7.

4. Alterum

4. *Alterum* genus eſt, quo ipſum matrimonii vinculum ſolvitur, quod fit ſi alter infidelium conjugum ad fidem catholicam convertatur, altero, ſine ſcandalo, cohabitare nolente. *c.* 7. & 8. *X. d. divort.* Item propter frigiditatem & impotentiam *antenuptialem. c.* 1. & *t. t. X. d. frig.* & *mal.* Item propter religionem, ſi alter *ante concubitum* velit monaſterium ingredi. *c.* 2. *d. converſ. conjug.* Sed hiſce caſibus matrimonium non tam diſſolvitur, quam nullum pronunciatur, adeoque verum divortium Jus Canonicum non agnoſcit.

Mores.

5. *Moribus noſtris* Ius Canonicum Pontificii ſervant, Noſtrates Ius divinum, quod medium eſt inter Ius Canonicum & Civile. Itaque ex J. Can. retinemus diſtinctionem inter ſeparationem quoad vinculum, & quoad thorum ac menſam. Sed cum jure divino ob duas cauſas divortium verum admittimus, ſc. *propter adulterium*, quod ipſe Chriſtus permiſit, *Matth.* 5. & propter malitioſam deſertionem, quam Paulus permiſit 1 *Cor.* 7. Propter malam tractationem & inſidias vitæ ſtructas, cum Iure Canonico admittimus divortium quoad thorum & menſam, uti pluribus videre eſt apud *Hahn. Obſ. Theor. Pract. ad t. d. divort.* & *Groen. ad tit. d. repud.*

Jus Civile.

6. Si impotens matrimonium contraxerit, & matrimonium ob impotentiam reſcindendum ſit, tunc prius olim biennium, hodie triennium a nuptiarum tempore elabi debet. *N.* 22. *c.* 6. *N.* 117. *c.* 12.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

7. JURE *Can.* ſi de impotentiâ coëundi conſtet, matrimonium ſtatim ſeparatur, ſi non conſtat etiam per triennium exſpectandum eſt.

Mores.

8. *Moribus* magis ſequimur Jus Canonicum teſte *Grot. & Groen. ad l.* 10. *C. d. Repud.*

Jus Civile.

9. JURE *Civ.* qui damnatam adulterii ducit, lenocinii reus eſt. *l. 9. caſtitati. c. ad. l. Jul. d. adult.*

Jus Canonicum.

10. JURE *Can.* id quoque cautum putant nonnulli per *c. hi vero.* 22. *c.* 32. *q.* 7. *& c. litteris* 12. *in f. X. d. præſumpt.* Sed contrarium verius eſt, uti docet Cujacius *ad c. 9. X. d. Sponſal.*

Mores.

11. *Moribus noſtris* Jus Canonicum ſequimur, teſte *Groen. ad l. 9. c. ad S. Jul. d. adul.*

CAPUT XXVI.

De Concubinis.

Jus Civile.

1. JURE *Civ.* Concubinatns eſt permiſſus *l.* 1. *& t. 1. t. & ff. d. Concub.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

2. JURE *Can.* prohibitus eſt, ut plerique cenſent *c. nemo* 4. 9. *c.* 32. *q.* 4. *c.* 5. & *ſeqq. c.* 32. *q.* 2. *c.* 6. *diſt.* 34. nec obſtat *c. Chriſtiano d.* 34. & *c.* 15. *eod.* Illa enim loquuntur vel de uxore minus ſolenniter ductâ, vel ſaltem de aliâ hypotheſi.

Mores.

3. *Moribus noſtris* ſequimur prohibitionem J. Canonici, quod *Ord. Pol.* in Imperio Romano expreſſe eſt confirmatum *Anno* 1577 Francofurti editâ, nec non aliorum locorum Conſtitutionibus, ut Hollandiæ, Zelandiæ de quibus *Groen. ad t. c. d. Concub.*

CAPUT XXVII.

De Tutelâ & Curâ.

Jus Civile.

1. PRima differentia inter Jus Canonicum & Civile eſt, quod JURE *Civili* Tutela & cura ſeparentur & diſtinguantur *t. t. In. d. Fut.* & *cur.*

Jus Canonicum.

2. JURE *Can.* contra *c. Cyprianus.* 4. *c.* 21. *q.* 3. & *paſſim.*

Mores.

3. *Moribus noſtris* ſequimur Jus Canonicum, nec Tutela pubertate finitur, teſte *Gail.* 2. *Obſ.* 96. & *Groen. ad tit. J. quibus mod. tut. fin.*

Jus Civile.

4. Jure *Civili* tutores finitâ tutelâ demum tutelæ rationes reddere coguntur. §. *ult.* 1. *d. attil. tut.*

Jus Canonicum.

5. Jure *Can.* ſingulis annis rationes reddere tenentur *Clement. quia contingit.* 2. §. *ut autem d. relig. dom. c. paſtoralis* 2. *d. Cler. ægrot. in* 6.

Mores.

6. *Moribus noſtris* Jus Canonicum ſequimur, quod confirmant Ord.Pol.Carol. V. 1548, & Rudolphi II *Anno* 1572. editâ, variæque *Ordinationes* Belgii, de quibus vide *Grot. l.* 1. *p.* 9. *n.* 18. & *Groen. ad l.* 14. *c. d. Admin. tut.* &c.

Jus Civile.

7. Jure *Civ.* tutor cogitur pecunias pupillares vel in emptionem prædiorum collocare, vel fœnori exponere *l.* 2. *C. d. Adm. tut. l. quoties.* 9. *ff. eod.*

Jus Canonicum.

8. Hoc Jure nequidem pietatis cauſâ licet uſuras exercere *c. ſuper eo.* 4. X. *d. Uſur.*

Mores.

9. *Moribus noſtris* Pontificii Jus Can. maxime verò in terris Eccleſiæ, Reformati autem Ius Civile ſervant, teſte *Groen. ad Auth. Noviſſima. C. d. Admin. tut.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Civile.

10. Tutor, qui pecunias pupillares in proprios uſus convertit, tenetur ad uſuras etiam centeſimas. *l.* 1. *C. d. Uſur. pup. q.* 7. §. 4. *l.* 54. *ff. de Admin. tut.*

Jus Canonicum.

11. *Jure Canonico* tenendum eſt id, quod in ſuperiori differentiâ dictum eſt.

Mores.

12. *Moribus noſtris* a Pontificiis Ius Canonicum ſervatur, à Belgis verò inter pupillares & alias uſuras non diſtingur. *Groen. ad t. C. d. Pupill. Uſur.*

CAPUT XXVIII.

De Jure Rerum.

1. IUs Rerum exorditur Iuſtinianus in *l.* 2. *Inſt. t. d. acq. rer. dom.* & in eo obſervandæ ſunt differentiæ inter Ius Civile & Canonicum, quæ potiſſimum ſunt ratione Traditionis & Theſauri.

Jus Civile.

2. Ratione *Traditionis* obſervanda hæc differentia, quod IURE *Civili*, ſi res aliqua pluribus vendita ſit, ille præferatur, cui prius res tradita eſt *l. quoties.* 15. *C. d. R. V. l. ſi ancillam* 11. *C. d. Act. empt. l.* 31. §. 2. *ff. eod. tit.*

Jus Canonicum.

3. IURE *Can.* in beneficiis Eccleſiaſticis prima conceſſio

conceſſio ritè facta præfertur ſecundæ, licet is, cui ſecundò conceſſa eſt, traditam acceperit. *c. tibi. 12. d. reſcr. in 6. c. ſi tibi. 17. d. Præbend. in 6.* Cujus rei ratio eſt, quod in ſpiritualibus ex ſolâ conceſſione Jus in re transferatur, uti docet *Hartm. Piſt. l. 2. P. poſt. q. 29. n.* 31. Imo ſi Eccleſiæ aliquid ſit prius venditum, ea præfertur, etſi res alteri poſteà tradita ſit, quod licet Jus Civ. in *l. ult. C. d. SS. Eccl.* non dicat,

Mores.

4. Tamen *Moribus noſtris*, & communi DD. calculo in foro approbatur, & obſervatur, teſte *Gail. 2. Obſ.* 55.

Jus Civile.

5. Ratione *Theſauri* hæc eſt unica differentia quod Jure *Civili* Theſaurus in loco ſacro & religioſo publico, vel fundo Eccleſiaſtico inventus, pro dimidiâ parte cedat Fiſco, pro alterâ dimidiâ Inventori *l. 3. §. pen. ff. d. J. Fiſc. §. 39. J. d. R. D. c. un. quæ ſint regalia. in lib. d. Feud.*(2:56.)

Jus Canonicum.

6. Jure *Canonico* cedit Eccleſiæ, uti communiter concludunt DD. *arg. c. excommunicamus* 13. *§. damnati X. d. hæret. Sixtinus in Tractatu d. Regal. l. 2. c. 21. n. 3.*

Mores.

7. *Moribus noſtris* in Germaniâ, Galliâ, Angliâ, Hiſpaniâ aliiſque locis, Principes Theſauros in ſolidum ſibi vindicant, teſte *Grot. d. J. B. & P. l. 2. c. 8. §. 7.* In Belgio verò res manet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

incerta; Patroni quippe Fiſci etiam Theſauro
ſibi vindicant, licet alii hoc Jus illis competere
negent, tanquam nulla conſuetudine firmatum
ut videre eſt apud *Groenew. ad* §. 39. *Inſt. d. R. D*

Caput XXIX.

De Servitutibus.

Jus Civile & Canonicum.

1. IN hac materiâ nulla fere eſt differentia inter Jus Civile & Canonicum, quæ ſit alicujus momenti, ideoque ſicco pede prætereunda.

Mores.

2. Licet *Moribus noſtris* aliqua ſit differentia, ut docet *Groen. & Grot.*

Caput XXX.

De Uſucapionibus.

Jus Civile.

1. DIfferentia ratione hujus materiæ inter Jus Canonicum & Civile eſt, quod Jure *Civili* in Uſucapione ſufficiat bona fides ab initio, cum res tradita fuit *l.* 44. §. 2. *ff. d. Uſuc.* Mala fides ſuperveniens non interrumpit uſucapionem bonâ fide cœptam *l.* 48. §. 1. *d. A. R. D.* §. 12. *Inſt. d. Uſuc.*

Jus Canonicum.

2. Jure *Canonico* is, qui præſcribit, nullo tempore

pore debet habere conſcientiam rei alienæ *c. ult. X. d. præſcr.* & *c. poſſeſſum. 2. d. R. J. in 6.*

Jus Civile.

3. Jure *Civili*, ſi defunctus habueri bonam fidem in uſucapione, heres verò malam fidem, nihilominus hic uſucapere poteſt *l. 2. §. 19. ff. pro empt.*

Jus Canonicum.

4. Jure *Canonico* ſecus obtinet, per allegata modò jura.

Jus Civile.

5. Jure *Civili* præſcriptiones longiſſimi temporis valent, etſi præſcribens malam habeat fidem. *c. ſicut. 3. X. d. præſcr. 30. vel 40 ann.*

Jus Canonicum.

6. Jure *Can.* ſecus ſe res habet, per dicta loca, è quibus concluditur immemorialem præſcriptionem quoque bonam fidem requirere.

Mores.

6. *Moribus* Imperii ſervatur Jus Canonicum, uti videre eſt ex *Gail. 2. Obſ. 16. & Mynſing. 4. Obſ. 6.* Proteſtantes verò non abſolute quidem ſequuntur Jus Canonicum, ſed tamen hactenus, ut ſemper præſumatur bonam fidem adfuiſſe, donec contrarium probetur. Imo Moribus Belgarum totum Jus Uſucapionis, & diſtinctio inter Uſucapionem & Præſcriptionem eſt ſublata, non tantum in Provinciis fœderati Belgii, ſed & in aliis vicinis *Grot. 2. part. 7.* & longiſſimi tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

tum temporis præſcriptio, ſive 30 annorum, ſive trientis ſeculi, quâ de re Jus non adeo certum, in uſu remanſit, ut conſtat ex *Groen. ad pr. Inſt. d. Uſuc.* & *t. C. d. Præſcr. 30. annor.*

Jus Civile.

8. JURE *Civili* Eccleſia Romana cum aliis eodem jure præſcriptionis utitur *Nov. 9.* vide *Cujac. 5. Obſ. 5.* quamvis DD. fere communiter diſſentiant per *Auth. quas actiones. C. d. SS. Eccl.*

Jus Canonicum.

9. JURE *Canonico* res certa eſt, quod Eccleſia Romana centenariâ utatur præſcriptione *c. jubemus 16. c. ſequenti. cauſ. 16. q. 3. c. ad audientiam. 13. circa finem*, & *c. ſeq. X. d. Præſcr.*

Mores.

10. *Moribus noſtris* Eccleſiaſtica illa præſcriptio adhuc obtinet. Præcipuum autem illud Jus Romanæ Eccleſiæ ad Reformatos non pertinet.

Jus Civile.

11. JURE *Civili* qui rem quamcunque à Fiſco emit, ſtatim ſecurus eſt *§. ult. Inſt. d. Uſuc.*

Jus Canonicum.

12. JURE *Canonico* etſi quis rem Eccleſiæ à Fiſco emat, tamen non eſt ſecurus, ſed eam Eccleſiæ reſtituere compellitur. *c. 2. X. d. reb. Eccleſ. non alien.*

Mores.

13. *Moribus noſtris* magis videtur probari Ius Canoni-

Canonicum, teſte *Zypæo in Inſt. Jur. Belg. t. d. præſcr.* & *Perez. ad t. C. d. Quadr. præſcr.* Quadriennii autem illa præſcriptio, quæ in *d. §. ult. h.* proponitur, in Belgio antiquata eſt, ut plerique credunt, & diſputatur à *Groen. ad d. §. ult. h.*

Caput XXXI.

De Donationibus.

Jus Civile.

1. JUre *Civili* licet donare meretricibus *l. 5. d. Donat.* Ratio forte eſt, quia licet mulier turpiter faciat, quod ſit meretrix, tamen, quod accipiat, non turpiter facit, cum ſit meretrix *l. 4. §. 3. d. cond. ob turp. cauſ.* Olim etiam quæſtus videbatur honeſtus, cum nomen profiterentur apud Prætorem, & certum cenſum Reip. inferrent.

Jus Canonicum.

2. IURE *Can.* donationes illæ illicitæ ſunt *c. 8. d. 86.*

Mores.

3. *Moribus* Ius Can. ſervatur. *Groen.* aliique in *l. 5. d. Donat.*

Jus Civile.

4. *Jure Civili* Donatio ob natos poſteà liberos non revocatur §. 2. *J. h. t. l. 8. C. d. Revoc.*

Jus Canonicum.

5. IURE *Canonico* ſecundum jus Poli, id eſt, dicta-

dictamen conſcientiæ, revocatur illa donatio *c. quicunq.* 43. *c.* 17. *q.* 4.

Mores.

6. *Moribus* in foro Jus Poli ſervatur, teſte *Grot.* 3. *part.* 2. *n.* 34. *ibique in notis A. Faber, Chriſtinæus* aliique.

Jus Civile.

7. *Jure Civili* Donationes inter virum & uxorem adeo ſunt prohibitæ, ut nec juramento confirmentur. *t. ff. & C. d. Don. int.* v. *& ux. l.* 7. §. 16. *ff. d. Pact. l.* 112. *d. legat.* 1. *l.* 5. *in f. C. d. legib.*

Jus Canonicum.

8. Jure *Canonico* omne juramentum ſervandum eſt, quod non vergit in præjudicium tertii, nec in diſpendium ſalutis æternæ *c. cum contingat.* 28. *X. d. Jurej. c.* 4. *X. d. homic.*

Mores.

9. *Moribus noſtris* Jus Canonicum attenditur.

Jus Civile.

10. Jure *Civili* donatio excedens ſummam 500 ſolidorum juramento non confirmatur, per *dictas leges.*

Jus Canonicum.

11. Jure *Can.* ſecus eſt, per *dicta capitula.*

Mores.

12. *Moribus noſtris* quid obtineat, conſtat ex antedictis: quia eadem eſt ratio; Ceterum multis in locis neceſſitas inſinuandi remiſſa eſt, veluti in

in Germaniâ, de quibus *Gail.* 2. *Obj.* 39. In Galliâ aliisque quæcunque donationes, etſi ſummam 500 ſolidorum non excedant, inſinuatione indigent, niſi fiant pecuniâ numeratâ. In Hiſpaniâ autem aliisque locis Jus Civile viget, teſte *Groen. ad t. Inſt. d. Don.* §. 2.

Caput XXXII.

De Teſtamentis, & aliis Ultimis Voluntatibus.

Jus Civile.

1. IURE *Civili* Teſtamentum continet voluntatis noſtræ, non verò alienæ, juſtam ſententiam, ideoque voluntatem ultimam alterius diſpoſitioni committere nemo poteſt. *l.* 32. *ff. d. Her. Inſt.*

Jus Canonicum.

2. Jure *Canonico* ſecus eſt *c. cum tibi* 13. *X. d. Teſtam.*

Mores.

3. *Moribus noſtris* Jus Canonicum ſervatur inter Pontificios, & in terris Eccleſiæ, Jus Civile inter Noſtrates, ſiquidem nunquam abrogatum videtur, niſi quod quidam diſtinguant inter heredis inſtitutionem ac legatum, & inter id, quod prorſus in liberam voluntatem alterius confertur, & id quod arbitrio alterius, tanquam boni viri relinquitur; Adeoque multi conantur hìc conciliare Jus Civile & Canonicum, ſed textus tamen ſunt contrarii, de quo latius *Fachin.* 5. *Cont.* 59. & Interpretes *ad d. l.*

Jus Civile.

4. Jure *Civ.* ſeptem teſtes in ordinandis teſtamentis requiruntur *l. 21. C. d. Teſt. Ord.* §. 3. *J. eod.* ſed in Codicillis 5 deſiderantur. *l. ult. C. de codicill.*

Jus Canonicum.

5. Jure *Can.* ſufficit teſtamentum factum eſſe coram proprio Presbytero, & in præſentiâ 2 vel 3 teſtium. *c. 3. 10. X. d. Teſtam.*

Mores.

6. *Moribus* Jus Civile in terris Imperii, Jus Canonicum in terris Eccleſiæ ſervatur, teſte Viglio *ad* § 7. *J. h. t.* Moribus verò Belgarum & Hollandiæ coram 2 Scabinis & Secretario factum, vel coram Notario & 2 teſtibus valet, teſte *Grot. Intr. l. 2. c. 17. n.* 12. 15. Excipitur autem caſus, ſi quis liberos ſuos teſtamento exheredes faciat: tunc enim non ſufficiunt teſtes, ſed requiritur teſtimonium Scabinorum. Eaque teſtamenta valent, etiamſi nec à teſtatore, nec à teſtibus ſubſcripta, aut ſignaculis firmata ſint, teſte *Groen. ad* §. 5. *Inſt. h.* 1.

Jus Civili.

7. Jure *Civ.* filiusf. non poteſt facere teſtamentum permittente patre, ne quidem ad pias cauſas *pr. Inſt. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt.*

Jus Canonicum.

8. Iure *Canonico* poteſt filius, cum cauſæ pietas ſuadet, de qualicunque Adventitio, quin & Profectitio peculio, patre permittente, facere

re teſtamentum *c. 4. d. ſepult. in 6.* neque Canoniſtæ hoc Ius explicant, teſte *Perezio ad t. C. qui teſt. fac. n. 8.*

Mores.

9. *Moribus* Imperii, Friſiæ & aliorum locorum Ius Civile in uſu eſt, & filiusfam. teſtamentum facere nequit. In Hollandiâ verò, Galliâ aliisque locis filiusfam. etiam ſine conſenſu patris teſtari poteſt, teſte *Groenew. ad pr. Inſt. quibus non eſt perm. & Schultz. in Synopſ.*

Jus Civile.

10. IURE *Civili* teſtari demum poſſunt puberes, id eſt, maſculi anno 14, feminæ 12 expleto, vel ſaltem die ultimâ iſtius anni *l. 5. ff. q. teſt. fac.*

Jus Canonicum.

11. IURE *Canonico*, uti dictum eſt ad *tit. d. Nupt.* non eadem definita eſt ætas pubertatis, unde etiam Canoniſtæ *ad d. c. 4. d. teſtam. in 6.* definiunt, eum, qui annos pubertatis nondum complevit, ſi malitia ætatem ſuppleat, teſtari poſſe.

Mores.

12. *Moribus*, in Saxoniâ multisque Imperii locis, Ius Civile obtinet, in aliis nec Ius Civile, nec Ius Canonicum ſervatur, ſed major ætas requiritur, veluti 18 annorum, vel pauciorum, aut plurium. In Belgio non videtur mutatum eſſe Ius Civile *Grot. l. 2. p. 15. pr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Civile.

13. *Jure Civili* captivi, de ſtatu ſuo dubitantes, imo ne obſides quidem, & illi qui apud hoſtes ſunt, poſſunt facere teſtamentum. *l.* 11. *§. ult. Inſt. quibus non eſt perm. l.* 15. *qui teſt. ſac.*

Jus Canonicum.

14. Audivimus ſupra capite de *Jure Perſonarum*, Iure Canonico & Moribus noſtris non ita ſervitutem captivitate induci, uti Civili, & facilius tolli Moribus ac Iure Canonico, quàm Jure Civili, unde conſequens eſt Iure *Canonico* captivos facere poſſe teſtamentum, maxime inter Chriſtianos.

Mores.

15. *Moribus noſtris* etiam à Turcis & Barbaris capti teſtamentum facere poſſunt. Ejus tamen, qui deſertâ patriâ ad hoſtes transfugit, teſtamentum non ſubſiſtere judicatum eſt. *Groen. ad §. ult. J. quibus non eſt perm.* Sed & generali conſuetudine fere receptum eſt, ut etiam ad mortem damnati poſſint teſtamentum facere, modo bona eorum non ſint publicata, veluti ob crimen læſæ majeſtatis, & ſimile, vide *Synopſ. Schult. ad d. §. ult.*

Jus Civile.

16. Jure *Civ.* heredis inſtitutio arbitrio alterius non poteſt committi *l.* 32. *d. her. Inſt.*

Jus Canonicum.

17. Jure *Can.* poteſt *c. cum tibi* 13. *x. d. teſtam.*

Mores.

Mores.

18. *Moribus noſtris* quid ſervandum ſit, dictum ſuprà *th.* 3.

Jus Civile.

19. JURE *Civ.* legatum rei alienæ valet §. 4. *J. d. legat.*

Jus Canonicum.

20. IURE *Can.* multi contrarium credunt ſtatutum per *c.* 5. *X. d. teſtam.* Alii aliter per *c. ſi Epiſcopus. cauſ.* 12. *q.* 5. In dubio autem potius ſtatuenda eſt convenientia, quam differentia, vide Fachin. *l.* 5. *Controv.* 28.

Mores.

21. *Moribus noſtris* Jus Civ. obtinet.

Jus Civile.

22. JURE *Civ.* filius fideicommiſſo gravatus non poteſt detrahere duas quartas, Legitimam, ut filius, Trebellianicam, ut fideicommiſſo gravatus. §. 5. *Inſt. d. fid. her. l.* 11. *d. l.* 10. *c. ad L. Falc. l.* 6. *c. ad ſc. Trebell. l.* 24. *c. Fam. &c. l.* 41. *t.* 3. *d. Vilg. & pup.*

Jus Canonicum.

23. JURE *Can.* ſecus eſt *c. Rainut. X. d. teſtam.*

Mores.

24. *Moribus noſtris* & fere totius Europæ Jus Can. receptum eſt. Gail. 2. *Obſ.* 121. 126. Curiæ *Holl. Deciſ.* 17. *Sand. l.* 4. *deciſ. tit.* 7. *defin.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Civile.

25. JURE *Civ.* ad legatum conſequendum tria tantum remedia competunt *§. 2. J. d. legat. l. 2. c. Comm. d. legat. & fid.*

Jus Canonicum.

26. JURE *Can.* acceſſit quartum remedium, ſc. condictio ex Canone, ſeu Imploratio officii Epiſcopi, coacturi heredes, & executores teſtamenti, ut defuncti vota impleant. *c. 3. c. 6. 17. 19. X. d. teſtam.*

Mores.

27. *Moribus* ſine dubio Jus Can. inter Pontificios obtinet, *Hartman. Obſ. pract. 1. n. 33. ad t. d. legat.* Apud noſtros verò, qui vel Epiſcopos non habent, vel eam Epiſcoporum auctoritatem non agnoſcunt, hujus quidem rei uſus eſſe non poteſt. Aliud tamen remedium non abſimile è commentis DD. uſu receptum eſt, ſc. remedium executivum, quo ſc. legatarius nullo adhibito libello, & ordinariâ viâ actionis prætermiſſâ, poteſt ſimpliciter impetrare præceptum ſeu interlocutionem judicis, contra heredem, ut de legato ſatisfaciat. de quo Mynſing. *Cent. 5. Obſ. 61. & Rittersh. in Diff. J. C. & Can. l. 4. c. 5.*

Jus Civile.

28. JURE *Civ.* heres extraneus, non parens ultimæ voluntati, amittit relicta ſibi a teſtatore, filius autem heres non parens omnia, præter legitimam, amittit. *l. ul. inf. & Auth. hoc amplius. C. d. Fideic. Nov. 1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

29. JURE *Canonico* nullum ſervatur diſcrimen inter filium & extraneum. *c. ſi heredis. 6. X. d. teſtam. c. Sylveſter. 13. cauſ. 11. q. 1. c. licet univ. 6. X. d. vot. & voti redempt.* (3:34.)

Mores.

30. *Moribus noſtris*, & vicinarum regionum pœna illa privationis prorſus antiquata eſt. Moribus autem Imperii Jus Can. inter Ponrificios procul dubio ſervatur.

Jus Civile.

31. JURE *Civ.* alienata in fraudem legitimæ liberorum tum demum revocari poſſunt, ſi ex cauſâ lucrativâ facta ſit alienatio. *l. 2. ff. ſi a par quis man. & t. t. C. d. inoff. donat. l.* 87. §. 3. *d. leg.* 2.

Jus Canonicum.

32. JURE *Can.* non diſtinguitur inter cauſam lucrativam & oneroſam *c. Raynutius. 6. X. d. teſtam.*

Mores.

33. *Moribus* cum nihil ſpecialiter hac de re Statutis cautum ſit, Ius Can. procul dubio in foro Iuris Canonici, Ius Civile in aliis ſervabitur.

Jus Civile.

34. JURE *Civ.* filius nullum jus in legitimam habet vivo patre *l. 1. d. Her. vend. l. 1. §. 21. ff. d. Collat. l. 6. C. d. inoff. teſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

35. Jure *Can.* ſi Pater, aut Mater monaſterium ingrediatur, legitima peti poteſt, quia tunc mortuus mundo cenſetur *c. placuit.* 8. *c.* 16. *q.* 1. nec Monachus magis, quam ſervus quid proprium habere poteſt *c.* 14. *X. d. Regularib.* (3:31.)

Mores.

36. *Moribus noſtris* hæc quæſtio inutilis eſt, cum Monachorum apud nos non ſit uſus; ſed in Galliâ aliisque locis *Auth. ſi qua mulier. C. d. SS. Eccl.* non obſervari docet *Groen. ad d. Auth.* In foro Pontificio Jus Canonicum ſine dubio ſervatur, quamvis Panormitanus putet Filium a Monaſterio debere alimenta petere vivo Patre, mortuo autem patre legitimam.

Jus Civile.

37. Jure *Civili* effectus Inventarii confecti eſt, quod heres non teneatur ulrra vires hereditarias. §. *pen. t.* 1. *d. her. qual. & diff. l. ult.* §. 4. 12. 14. *C. d. J. delib.*

Jus Canonicum.

38. Jure *Can.* ſolemnitas Inventarii non attenditur, ſed heres ſemper tenetur in ſolidum, tam ex cauſâ delicti, quam ex cauſâ contractus, ſive aliquid ad heredem pervenerit, ſive non, ſive lis cum defuncto ſit conteſtata, ſive non *c. ſi Epiſc.* 3. *c.* 16. *q.* 6. *c. Epiſcopus* 34. *c.* 12. *q.* 2. *c. in litteris* 5. *X. d. raptor.*

Mores.

39. *Moribus* Belgii & Imperii Jus Civile obtinet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

tinet, quamvis his in locis Inventarii confectio à ſupremâ Hollandiæ Curiâ ſit impetranda. *Groen. ad* §. 6. *Inſt: d. her. qual. & diff.*

Caput XXXIII.

De Succeſſione ab Inteſtato, &c.

1. PAucæ hìc ſunt differentiæ inter Jus Can. & Jus Civ. Prima eſt quod

Jus Civile.

2. Jure *Civili* liberi inceſtuoſi non tantum parentibus non ſuccedant, ſed ne quidem alimenta petere ab iis poſſint. *Auth. ex complexu C. d. Inceſ. & inutil. nup.*

Jus Canonicum.

3. Jure *Canonico* liberi inceſtuoſi à parentibus ſunt alendi *c.* 5. *in f. X. d. eo q. dux. in matr. quam poll. per adult.* (4:7.) *c.* 13. *X. qui fil. ſint ed.* (4:17.)

Mores.

4. *Moribus* Belgii & Germaniæ Ius Can. receptum eſt, teſte *Grot. in ſuâ Introd. l.* 2. *p.* 16. *n.* 7. & *Groen. ad d. Auth. ex complexu.*

DE GRADIBUS.

Jus Civile.

5. Iure *Civili* in lineâ collaterali Patrueles diſtant inter ſe quarto gradu. §. 4. *J. d. grad.* Ratio eſt, quia Iure Civili unaquæque generatio facit gradum. §. 3, & *ſeq. Inſt. d. grad.*

Jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

6. Iure *Can.* tantum ſecundo. *c. ad Sedem.* 2. *cauſ.* 35 *q.* 5.

Jus Civile.

7. Iure *Civili* in lineâ collaterali inæquali unaquæque generatio facit gradum §. 3. & *ſeq.* *J. d. grad.*

Jus Canonicum.

8. Iure *Canonico* ſervatur hæc regula: Quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite, eo gradu diſtant inter ſe *c. ult. X. d. Conſang. & affin.* (4: 14.)

Mores.

9. *Moribus* Belgarum Ius Civile obtinet, teſte *Groen. ad pr. J. d. gradib.* In Imperio autem utrumque, ſed diverſo reſpectu.

Caput XXXIV.

De Pactis & Contractibus in genere.

Jus Civile.

1. JURE *Civili* nudum pactum non producit actionem, ſed tantum exceptionem *l.* 7. §. 4. *l.* 45. *ff. d. pact. l.* 10. 15. *C. eod.*

Jus Canonicum.

2. Jure *Canonico* pactum nudum etiam producit actionem *c.* 1. *X. d. pact.* (1: 35.) *c.* 3. *eod.*

c. ſi

c. ſi verè. 34. *X. d. Sent. excomm.* (5: 39.) *c. juramenti.* 12. *cauſ.* 22. *q.* 5. Et quanquam nonnulli putent hic nullam eſſe differentiam, neque Jure Canonico actionem dari magis, quam J.Civ. ex pacto, ut plures volunt apud Rittershuſ. *lib.* 2. *Controverſ.* 101. *& in Different. J. Civ. & Can. lib.* 3. *c.* 1. *p.* 82. *& ſeqq.* tamen confutantur ſatis textibus allegatis, & analogiâ Juris Canonici, quod ubique ſimplicitatem Juris Gentium ſequitur, & conſcientiæ conſulit, neque naturalem obligationem parvi pendet, unde etiam nullo loco vel actionem ex Pacto negat, vel inter effectum Pacti & Contractus diſtinguit, ut Jus Civile.

Mores.

3. *Moribus* hodiernis, totâ fere Europâ ſequimur Jus Canon. & ex pacto certo & deliberato actio conceditur. *Groen. ad l.* 10. 13. *C. d. Pact. Hahn. Obſ. Theor. Pr. ad d. t.*

Jus Civile.

4. JURE *Civ.* contractus nec nominati ita ſe habent, ut locus ſit pœnitentiæ, quamdiu ei, quem pœnitet, alter donatione vel facto nondum ſatisfecit *l.* 3. §. 2. *l.* 5. *pr. ff. d. Cond. cauſ. da.* Ratio eſt: quia tunc res non in terminis nudæ conventionis conſiſtit; unde hìc datur actio ex ipſa contrahentium intentione, ad repetendum id, quod datum eſt, ex pœnitentiâ.

Jus Canonicum.

5. JURE *Can.* pœnitentiæ locus non eſt: quia quælibet deliberata promiſſio iſto Jure obligat, uti antea confirmatum eſt, & plenius docet *Gloſſ. in c. cum inter.* 12. *d. Elect. & elect. poteſt.* (1: 6.)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

6. *Moribus* Jus Canonicum ſequimur, teſte Grotio, Gomezio, Manticâ, quos allegat *Groenew. ad l. 5. d. Cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec.*

Jus Civile.

7. Jure *Civ.* alii contractus ſunt bonæ fidei, alii verò ſtricti Juris; Contractus B.F. ipſo Jure ſunt nulli, ſi dolus illis det cauſam; ſtricti verò Iuris contractus reſcinduntur vel infirmantur actione vel exceptione doli *l. 7. ff. d. dol. mal. l. 16. §. 1. D. d. minor.*

Jus Canonicum.

8. Jure *Canonico* non diſtinguitur inter contractus bonæ fidei & ſtricti Iuris, ſed propter dolum omnis contractus nullus pronunciatur, uti Canoniſtæ communiter concludunt, quamvis nullus ad hoc ſatis expreſſus ſit textus, ſed quia Ius Canonicum generaliter loquitur, & non diſtinguit, ſed ſimplicitatem Iuris Gentium ſequitur.

Mores.

9. *Moribus* non quidem prorſus antiquata eſt diſtinctio inter bonæ fidei & ſtricti Iuris contractus, quamvis *Imbertus in ſuo Enchiridio* id velit. Neque ſatis rectè *Ameſius, in Caſibus conſcientiæ*, putat homine Chriſtiano indignum eſſe diſtinguere inter bonæ fidei & ſtricti Iuris contractus; quaſi Chriſtianis omnes contractus deberent eſſe bonæ fidei. Non enim intellexit Theologus bonam fidem hic non opponi dolo præciſè, ſed arctiori judicis poteſtati. Habet adhuc hodie illa diſtinctio inter bonæ fidei & ſtricti Iuris judicia ſuum uſum, & totum fere Ius Romanum corruere neceſſe eſt, ſi hæc corruat. Sed non adeo

tamen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

tamen conſpicua eſt hodie, ut olim, teſte *Groen. ad* §. 28. *J. p. Act.* & differentia inter negotia ipſo Iure nulla & reſcindenda, non ubique & ſemper attenditur, teſte *eod. ad t. C. In quibus cauſ. reſt.*

Jus Civili.

10. Jure *Civili* Contractus invalidi non poſſunt confirmari juramento *l.* 5. *in f. C. d. legib.*

Jus Canonicum.

11. Jure *Can.* ſecus eſt *c. quamvis* 2. *d. pact. in* 6. (1:18.) ubi Pontif. dicit; Pactum filiæ factum cum patre, eam nuptui tradente, ut dote contenta nihil amplius lucri habeat ex ſucceſſione Paternâ, valere. Cum tamen Jure Civili, ne quidem pacto jurato, de futurâ ſucceſſione tranſigi poſſit *l.* 61. *d. V. O.* & hæc pacta reputentur contra bonos mores.

Mores.

12. *Moribus* Ius Canonicum receptum eſt, teſte Rittershuſio *l.* 3. *Diff. c.* 3. qui plura refert negotiorum exempla, quæ cum Iure Civili invalida ſint, Iure Can. Juramento confirmantur.

Jus Civile.

13. Jure *Civili* Iusjurandum non magis inducit obligationem, quam nudum pactum, præterquam ſi libertus juret ſe patrono operas vel alia officia præſtiturum. *l.* 7. *ff. d. Oper. libert.*

Jus Canonicum.

14. Jure *Can.* obligat jurantem *c.* 9. *X. d. arbitr.*

Mores.

15. *Moribus noſtris* ſequimur Jus Canonicum cum ex nudo pacto etiam detur actio.

Jus Civile.

16. Jure *Civili* Iusjurandum Pupilli ſeu Impuberis non obligat.

Jus Canonicum.

17. *Jure Canon.* obligat omninò. *c.* 14. 15. *c* 22. *q.* 5. Hinc etiam puerilis ætas pejerare poteſt *c.* 1. *X. d. delic. puer.* (5: 23.)

Mores.

18. M*oribus* Ius Can. in foro Eccleſiaſtico in aliis Ius Civ. receptum eſt.

Jus Civile.

19. Jure *Civ.* Iusjurandum, vi & metu extortum, ipſo jure nullum eſt. *d. Auth. Sacram pub.*

Jus Canonicum.

20. Jure *Can.* opus eſt abſolutione à tali juramento *c.* 8. *X. d. Jurej.* (2: 24.) Solet tamen hic inter factum ipſo jure prohibitum, ac juramento promiſſum, & factum non prohibitum diſtingui, ita quidem ut etiam I. Civ. juramentum contra bonos mores ſit ipſo I. nullum.

Mores.

21. *Moribus* Ius Can. non tantum in Imperio Romano-Germanico, de quo *Gail.* 2. *Obſ.* 42. ſed etiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

etiam in Belgio quodammodò ſequimur, teſte Groenew. ad *l. ult. ff. ad Municip.* Ea tamen eſt differentia, quod abſolutionem illam Epiſcopo ſervent, noſtri autem a Principe vel ſupremis Curiis id impetrent. Cæterum abſolutio illa de Juramento obligatorio non poteſt facere non obligatorium, ſed pro eâ poteſtate, quam habent illi, quibus competit poteſtas moderandi actus ſubditorum ſuorum, poſſunt declarare quid valeat, & pro rato habeatur, quidque irritum eſſe debeat. Quomodo & lege Hebræâ Mariti uxoris, & Patres filiarum Juramenta irrita eſſe jubent. *Num.* 30. *com.* 3. 4.

Jus Civile.

22. JURE *C.v.* licet jurare per creaturas, & uſitatiſſimum jurandi genus veteribus erat per Genium, & Salutem Principis. *l.* 3. §. *ult.* & *ſeq.* *l.* 13. §. *ult. ff. d. Jurej. l.* 2. C. *eod.*

Jus Canonicum,

23. JURE *Can.* Juramenta per creaturas improbantur *c.* 26. *X. d. Jurej.* (2: 24.) quod convenit Juri divino *Matth.* 5: 34. & *ſeqq.*

Mores.

24. *Moribus* magis convenit Ius Canonicum. Illud tamen noſtrates in Jure Canonico improbant, quod per Euangelium, per Sacras Scripturas, per Altaria, per Reliquias juretur *c.* 8. 9. 11. 12. *c.* 22. *q.* 1. *c.* 9. *cauſ.* 1. *q.* 7.

Jus Civile.

25. JURE *Civ.* filiusf. ex Voto non obligatur

neque ſervus *l.* 2. §. 1. *ff. d. Pollicit. & vot.* Ratio eſt: quia Ius Civ. vult, ut is qui ex voto obligatur, ſit ſui Iuris, non in alterius poteſtate.

Jus Canonicum.

26. Jure *Can.* tale votum communis Interpretum Schola ratum habet. *c.* 1. *X. d. delict. puer.* (5:23.) & *c. mulier* 14. *cauſ.* 32. *q.* 2. Qui textus quamvis Interpretum ſententiam non manifeſtè contineant, ſed de ſpeciali hypotheſi loquantur, ſç. de voto filiæ, non tamen videntur eſſe alieni à I. Div. *Num. c.* 30.

Mores.

27. *Moribus* quoque Ius Can. convenientius eſt, ſi quidem effectus Patriæ ac Dominicæ poteſtatis ex J. Civ. longe alius apud noſtros eſt, ut dictum ſuprà. Hactenus de Pactionibus & Contractibus in genere. Videndæ nunc ſunt ſingulæ ſpecies.

Caput XXXV.

De Contractibus nominatis re initis.

1. IN *Mutuo*, *Commodato*, *Depoſito*, nulla fere eſt notatu digna differentia inter Jus Civile & Canonicum. In Pignore verò hæc unica eſt differentia, quod

Jus Civile.

2. Jure *Civ.* pactum ἀντιχρήσεως valet *l.* 14. *l.* 17. *C. d. Uſur. l.* 6. *C. Quod cum eo q. l.* 33. *ff. d. Pign. act. l.* 11. *d. Pign. & hypot.*

Jus

Jus Canonicum.

3. Jure *Can.* ἀντιχρήσις eſt prohibita *c. ad noſtram.* 7. *X. d. Jurej. c.* 1. & 8. *X. d. Uſu.* (5: 19.) Ratio: quia tale pactum accedit ad contractum Uſurarum; Uſuræ autem Jure Can. ſunt prohibitæ.

Mores.

4. *Moribus* ἀντιχρήσις etiam recepta eſt in Imperio Romano-Germanico, ubi aliàs quoque attenditur Jes Canonicum. Ita tamen ut ibi Clericis & Monachis non permittatur; Laicis verò permittitur: quia textus Juris Canonici etiam tantum de Clericis & Monachis loquuntur. *Rittershuſ. l.* 3. *c.* 7.

Caput XXXVI.

De Stipulatione.

1. In materia Stipulationis, duæ tantum a Canoniſtis afferuntur Differentiæ.

Jus Civile.

2. Jure *Civ.* regulariter quis alteri ſtipulari non poteſt. §. 3. & 18. *J. d. Inut. ſtip. l.* 3. *C. eod.* quæ tamen Regula tot habet exceptiones, ut multi credant ſatius fuiſſe contrariam Regulam facere.

Jus Canonicum.

3. Iure *Can.* putant hanc ſtipulationem valere, per *c. quoties cordis.* 9. *cauſ.* 1. *q.* 7. & *c. Juramentum*

mentum. c. 12. *cauſ.* 22. *q.* 5. Qui textus quamvis Canoniſtarum ſententiam non confirment, analogia tamen Juris Canonici ſcrupuloſas illas Juris Civilis ſubtilitates non admittens, facile locum facit illi ſententiæ, ut & huic, quæ ſequitur.

Jus Civile.

4. JURE *Civili*, ſi quis factum alterius promiſerit, inutilis eſt ſtipulatio; ſi verò effecturum ſe quis promiſerit, ut alius hoc faceret, utilis eſt ſtipulatio. §. 4. *J. d. Inut. ſtip.*

Jus Canonicum.

Hoc IURE contrarium obtinet.

Jus Civile.

5. JURE *Civili* inutilis eſt ſtipulatio, ſi reſponſio interrogationi non bene conveniat, veluti ſi pure interroganti ſub conditione reſpondeatur. §. 5. §. 22. *J. d. t.*

Jus Canonicum.

6. Quod à Jure Canonico eſt alienum, ſi quidem hoc Ius non diſtinguat inter effectum Pacti & Stipulationis.

Mores.

7. *Moribus* in his omnibus ſimplicitas Juris Gentium & Canonici ſervatur, teſte *Groenew. ad* §. 5. *I. d. Inutil. ſtip.*

CA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

CAPUT XXXVII.

De Fidejuſſoribus.

1. RAtione hujus materiæ prima differentia eſt, quod

Jus Civile.

2. JURE *Civ.* Fidejuſſor habet beneficium ordinis. *Auth. præſente.* C.*d.Fidejuſſ.Nov.*4.

Jus Canonicum.

3. IURE *Can.* communiter ceſſare volunt hoc beneficium, quaſi ad apices Iuris Civ. pertinens *Gloſ. in c.* 6. *dilecti*, & in verb. *ſubtiliter, in ſ. X. d. Judic.* (2:1.) Ius enim Canonicum in judiciis nihil attendit, niſi ſimplicitatem, & æquitatem Iuris Gentium, propter quam rationem hoc etiam non ſolet obtinere inter mercatores.

Mores.

4. *Mores* variant. In plerisque Iudiciis, in quibus viget Ius Civile, ſervatur *d. Authentica*, ſed in foro Eccleſiaſtico, etiam in celebrioribus Emporiis, aliisque locis ſimplicitas Iuris Canonici. Quod tamen ſub diſtinctione accipiendum, ut eodem loco docet *Groenewegius ad d. Auth. Præſente.* C. *d. Fidejuſſ.*

Jus Civile.

5. JURE *Civ.* non eſt interdictum Clericis Fidejubere ullo in loco Iuris.

Jus Canonicum.

6. Jure *Can.* contra, & quidem ſub pœna depoſitionis, ſeu abjectionis *c. 1. X. d. Fidej.* (3:22.) Ratio videri poteſt, ne Clerici negotiis ſecularibus implicentur *t. t. X. ne Cler. vel mon. ſec. neg. ſe immiſc.* (3:50.) Videtur tamen Clericis permiſſum eſſe pro aliis Clericis fidejubere *c. 2. X. d. Fidej.* Cæterum poſtea Concilio, ſub Innocentio III inſtituto, cautum eſt, ut ita demum cujuslibet Religioſi Fidejuſſio valeat, ſi adſit conſenſus Abbatis, vel majoris partis Capituli.

Mores.

7. *Moribus* Ius Can. ſine dubio inter Pontificios valet, Ius Civile inter Proteſtantes.

Jus Civile.

8. Differentia Fidejuſſioni cum Stipulatione communis eſt, quod Jure Civili, Stipulatio pœnalis ſi facta ſit, tum commiſſa pœna tota debetur, nec præſtatione partis quis liberatur, ne quidem pro parte *l. 5. inf. l. 85. §. pen. d. V. O.*

Jus Canonicum.

9. Jure *Canonico* hoc non obtinere communiter putant DD, & heredem aliumve præſtatione ſuæ partis liberari volunt, per textum & Gloſſ. in *c. ſuam. 9. X. d. pœn.* (5:37.) Quod caput quamvis id quidem etiam non diſertè affirmet, tamen illud non videtur a ſententiâ & ſimplicitate, quam Jus Can. ſequitur, alienum eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

10. *Moribus* Jus Canonicum apud Pontificios præfertur. Noſtrates autem ab obſervatione Juris Civilis diſceſſiſſe, nusquam invenitur.

Caput XXXVIII.

De Litterarum Obligatione.

Jus Civile.

1. JUre *Civili*, exceptio non numeratæ pecuniæ poſt biennium opponi nequit, etiamſi debitor paratus ſit probare, ſe pecuniam non accepiſſe *t. t. Inſt. d. Lit. Obl. l.* 8. 10. *l.* 14. *C. d. non num. pec.*

Jus Canonicum.

2. Jure *Canonico*, etſi quidem hæc præſcriptio non expreſſe improbetur, tamen, cum omnis præſcriptio, quæ non eſt ex fide, improbetur; *c. ult. X. d. præſcrip.* (2:26.) non poterit ex ſententiâ illâ exigi debitum ab eo, qui probare vult, pecuniam ſibi numeratam non eſſe.

Mores.

3. *Moribus*, ex ratione Jur. Can. cenſetur factum, quod Praxis exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam poſt biennium admittat, de quo *Sneidw. ad t. d. lit. Obſ. & Groen. ad t. Cod. d. non num. pec.*

Ca-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Caput XXXIX.

De Emtione & Venditione.

Jus Civile.

1. JUre *Civili*, venditor non præciſe cogitur rem tradere, ſed præſtando id quod intereſt liberatur. *l.* 1. *pr. l.* 11. §. 9. *l.* 12. *l.* 13. §. 4. *ff. d. Act. Empt. l.* 4. *C. eod. l.* 13. *in f. ff. d. Re jud.*

Jus Canonicum.

2. Iure *Canonico* contrarium obtinet *c. cum Johannes.* 10. *X. d. fid. Inſt.* quomodo *Gloſſ.* & *Interp.* hanc ſententiam accipiunt. Quamvis autem illud non expreſſe dicatur, tamen analogia J. Can. id ſatis confirmat.

Mores.

3. *Moribus* ſequimur Jus Canontcum, teſte Mynſingero *c.* 4. *Obſ.* 61. *n.* 5. & *Groen. ad l.* 4. *C. d. quis l. ult.*

Jus Civile.

4. Jure *Civ.* re eâdem pluribus venditâ, dominus fit is, cui prius eſt tradita. *l.* 72. *l.* 15. *C. d. R. V. l.* 9. §. 4. *D. d. Act. public.* Quod obtinet etſi prior venditio Iurejurando ſit confirmata; ceſſat verò iis in caſibus, quibus Ius in re ſine traditione transferri poteſt, ut in legatis, judicio familiæ erciſcundæ, &c.

Jus Canonicum.

5. Iure *Can.* rite facta conceſſio in Eccleſiaſticis

ſiaſticis præfertur ſecundæ, etſi hanc traditio ſecuta ſit, *c. Tibi.* 12. *d. reſcript. in* 6. (1:3.) *c. ſi tibi.* 17. *de prabend. in* 6. (3:4.)

Mores.

6. *Moribus* putem Jus Civile & Canonicum ſervari, per ea, quæ tradit *Groen. ad t.* 15. *C. d. R. V. & Rittershuſ. l.* 3. *diff. c.* 12. *pag.* 100. nullamque hic eſſe differentiam, ſi quidem quod Ius Civile de Venditione affirmat, Ius Canonicum de eâdem non negat, & quod Jus Canonicum de conceſſione Beneficii affirmat, id Jus Civile non negat; imo verò Jus Civile expreſſe dicit, conceſſionem à Principe factam primam præferri ſecundæ. *l. prædia. ult. C. locat. præd. civ. Fiſc.* (11:70.)

Jus Civile.

7. IURE *Civili* Venditor læſus ultra dimidium, poteſt reſcindere venditionem illam ex *l.* 2. 8. *inf. C. d. reſc. vend.* neque hoc beneficium pertinet ad Emptorem, ut volunt Cujac. Ant. Faber aliique *ad d. l.* 2.

Jus Canonicum.

8. IURE *Canonico* Emptor læſus ultra dimidium juſti pretii, etiam habet beneficium ex *d. l.* 2. *C. d. reſc. ven. c. cum cauſ.* 6. *pen. X. d. Empt. vend.* (3:17.)

Mores.

9. *Mores* id tanto facilius amplectuntur, quia ratio Iuris Civilis in emptore non deficit, etſi deficiant expreſſa legis verba, unde Groenewegius

gius *ad d. l.* 2. illam ad caſus ſimiles Moribus noſtris extendit.

Caput XL.

De Locatione Conductione.

Jus Civile.

1. IUre *Civili*, finito tempore locationis conductionis, locator non tenetur priſtino conductori rem relocare *l.* 32. C. *locat.*

Jus Canonicum.

2. Iure *Canonico*, ex communi fere Canoniſtarum ſententiâ, locator, invito conductore, ſi ſtudioſus vel Scholaris ſit, alteri ædes vel cubiculum aut hoſpitium locare non poteſt, per *c.* 1. X. *d. loc. con.* (3:18.)

Mores.

3. *Moribus* Ius Canonicum non ſervatur in Italiâ, propter rationem à Rittershuſio adducdam, ex qua ratione conſtat, illud *caput* 1. X. *d. loc. cond.* a Iure Civili non differre.

4. Locationi Conductioni affinis eſt Emphyſis.

Caput XLI.

De Emphyteuſi.

IN hac materiâ hæ Differentiæ ſunt notandæ:

Jus

Jus Civile.

1. Jure *Civili* Emphyteuta Canonem non ſolvens intra triennium in Emphyteuſi Seculari, vel intra biennium in Eccleſiaſticâ, Iure ſuo cadit *l.* 2. C. *d. Emphyt. Nov.* 7. *c.* 3. §. 2. *Nov.* 120. *c.* 8. *Auth. qui rem.* C. *d. SS. Eccl.* nec celeri ſatisfactione ſibi conſulere poteſt *d. l.* 2. *d. J. Emphyt.* Id enim non obtinet, ubi dies & pœna obligationi adjicitur *l.* 23. *D. d. O.* & *A. l.* 12. *c. d. contr.* & *com. ſtip. l.* 23. *pr. d. Rec. orb.* Exceptio eſt in *l.* 8. *D. Siquis caution.*

Jus Canonicum.

2. Iure *Can.* ſecus eſt, per textum in *c.* 4. *X. d. loc. cond.* (3:18.) quem DD. tamen ad Eccleſiaſticam reſtringunt, quod in illa brevius ſolutionis tempus ſit conſtitutum.

Mores.

3. *Moribus noſtris* Ius Canonicum ſervatur, teſte Groenewegio *ad d. l.* 2. C. *d. Jur. Emphyt.* quem vide.

Jus Civile.

4. Jure *Civ.* vulgò putant Emphyteutam non poſſe alienare prædium Emphyteuticum, invito domino, per *l. ult.* C. *d. Jur. Emph.* quamvis illa lex vetet tantum venditionem fieri aliter, quam ſi dominus certior prius fiat, ut præ aliis emere poſſit.

5. Jure Civili quoque Domino laudemium, id eſt, quiuquageſima pars pretii debetur *d. l. ult.* C. *d. J. Emph.*

Jus

Jus Canonicum.

6. JURE *Canonico* ſecus eſt per *d. c. ult. X. d loc. cond.*

Mores.

7. *Moribus noſtris* magis convenit Ius Canonicum. Groeneweg. ad *d. l. ult.* Cæterum inter Emphiteuſin Secularem & Eccleſiaſticam nulla ſunt differentiæ, licet ſex referat Rittershuſius *l.* 3. *c.* 24. cum hæ ex Iure Civili deſcendant, neque Ius Canonicum in eo differat.

Caput XLII.

De Furtis.

Jus Civile.

1. IUre *Civili* Furtum ſtrictè accipitur, & opponitur Sacrilegio, aliiſque ſpeciebus §. 1. *Inſt. d. Obſ. ex del. l.* 1. *§. ul. D. d. Furt.*

Jus Canonicum.

2. IURE *Can.* latius accipi ſolet. *c. dixit dominus* 12. *cauſ.* 14. *q.* 5. *c. ult.* X. *d. Furt.* (5: 18.) *c. ſi quis. eod. c. dudum.* 54. X. *d. elect. & el. pot.* (1: 6.)

Mores.

3. *Moribus* etiam quandoque latius ſolemus Furtum accipere, quàm Jure Civili.

Jus Civile.

4. IURE *Civili* qui Furti faciendi animo conclave

clave intravit, & rem non contrectavit, non eſt Fur. *l.* 21. §. 7. *d. Furt.*

Jus Canonicum.

5. Jure *Canonico* Fur eſt quicunque non per oſtium intravit, dummodo furandi animo intraverit, etſi nihil acceperit. *c.* 12. *cauſ.* 23. *q.* 4.

Jus Civile.

6. *Jus Civile* ſine dubio hoc negat eſſe Furtum in ſpecie dictum, de quo non actione furti in duplum vel quadruplum agi ſolet, ſed potius refert ad actionem injuriarum.

Jus Canonicum.

7. *Jus Canonicum* neque actiones tam exacte diſtinguit, *c.* 6. *X. d. Judic.* (2:1.) neque Furtum tam ſtricte accipit ut *d. P.*

Mores.

8. *Moribus* quia actio illa Furti non amplius intentatur, ſed furtum illud plerumque, ut Judicium publicum, coërcetur, non opus erit, ut magnopere de illâ differentiâ laboremus, aut ut actionem injuriarum contra eum, qui furandi animo domum ingreſſus eſt, inſtituamus, ſed poterit ſecundum Jus Canonicum, ut fur accuſari, & minus pro re natâ puniri, quam ſi furatus eſſet.

Jus Civile.

9. Jure *Civil* furti pœna ordinaria eſt dupli vel quadrupli §. 23. & 25. *Inſt. d. Act.* §. 5. *J. d. Obl. ex del.*

Jus Canonicum.

10. JURE *Canonico* non ita videtur attendi ad illam pœnam, ſed ſufficere, ſi reum pœniteat, & ablata reſtituat *c. ſicut 6. verſ. eòs inſuper X. d. homicid.* (5:12.)

Mores.

11. *Moribus* receditur ab antiquâ illâ Romanorum pœnâ dupli vel quadrupli, & in Imperio Romano-Germanico Carolus V. tertium furtum aliis circumſtantiis aggravatum ultimo ſupplicio coërcet *Conſt. art.* 157. *& ſeq:* In primo autem furto ſimplici retinet diſtinctionem Juris Civilis inter furtum Manifeſtum, & nec Manifeſtum, & pœnam dupli ac quadrupli *d. Conſt. art.* 157. *&c.* Belgarum autem & vicinorum Moribus, teſte *Groenewegio ad §. 5. J. d. Obl. q. ex del.* Fures virgis cæſi in exilium mittuntur, inuſto eorum tergis ſtigmate, præſertim iterato facinore, de tertio autem convicti in patibulum attolluntur.

Jus Civile.

12. JURE *Civili* Furtum non videtur excuſari ob neceſſitatem, per *l.* 43. *§.* 5. *ff. d. R. N.*

Jus Canonicum.

13. JURE *Canonico* contrarium obtinet *c. ſi quis 3. X. d. Furt.* (5:18.) *c. ſicuti.* 8. *inf. diſt.* 47. *c.* 26. *diſcipulos d. conſecrat. diſt.* 5.

Mores.

14. *Moribus* DD ferè eo inclinant, non tam grave eſſe Furtum ex neceſſitate commiſſum, adeoque mitius puniendum quod; nec à ratione Juris Civilis videtur alienum, cum in eo non ſit

tan-

tantus dolus, & tantus delinquendi animus, lucrique faciendi.

Caput XLIII.

De Rapinâ & Damno Injuriâ dato.

DE his delictis nulla eſt differentia alicujus momenti. De *Raptu* autem inter publica judicia agetur.

Caput XLIV.

De Injuriis.

Jus Civile.

1. JURE *Civili* actio injuriarum neque heredi neque in heredem datur. *l.* 10. §. 2. *ff. ſi quis caut. in Jud. l.* 11. *d. Injur.*

Jus Canonicum.

2. Jure *Canonico* hæc actio datur heredi & in heredem *c. in Literis* 5. *X. d. rapt.* (5:17.) Ratio: quia Jus Canonicum credit animas defunctorum puniri in Purgatorio, donec pro peccato ſatisfiat.

Mores.

Moribus hoc non convenit.

Jus Civile.

3. *Jure Civili* incognita eſt actio ad Palinodiam, ſeu ad recantationem verborum contumelioſorum; ſine dubio ex illâ ratione, quod Ju-

ris Civilis conditores crediderunt, honorem per privatum nec dari nec adimi poſſe, adeoque ſuperfluam eſſe illam actionem.

Jus Canonicum.

4. Jure *Can.* expreſſo textu actio ad Palinodiam non eſt introducta, ſed tamen Interpretes eam ex Jure Canonico petunt.

Mores.

5. *Moribus*, plerisque in locis, recepta eſt illa actio ad Palinodiam, ut docet *Gail.* 1. *Obſ.* 65.

Jus Civile.

6. Jure *Civ.* qui vel injuriæ, vel furti condemnatus eſt, fit infamis *l. ult.* C. *d. Injur. l.* 1. *l.* 4. *§. ul. d. his q. not. inſ.*

Jus Canonicum.

7. Jure *Can.* de injuriâ modicâ condemnatus infamis non fit *c. cum tu.* 23. *X. d. ſent. & re jud.* (2:27.)

Mores.

8. *Moribus* receptum videtur, etiam modicam injuriam infamare quidem, ſed tamen facilem eſſe reſtitutionem iſtius famæ, per ea quæ tradit *Gail.* 2. *Obſ.* 102. *n.* 2. 6.

Jus Civile.

9. Jure *Civ.* pœna auctoris famoſi libelli eſt capitalis *l. un.* C. *d. fam. lib.* (9:36.) Quod etiam ad eum extenditur, qui ab alio confectum carmen malum divulgavit, & in vulgus ſparſit. *d. l. un.*

Jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

10. Jure *Can.* mitior eſt pœna: aliquando enim auctor verberibus ſubjicitur, nonnunquam excommunicatur. *c.* 1. *c. ſi qui.* 3. & *c. quidam* 2. *cauſ.* 5. *q.* 1.

Mores.

11. *Moribus*, & quidem Belgii, magis convenit Jus Canonicum, &, poſt varias alias Conſtitutiones, cautum eſt, ut prima vice 100 Carolinorum mulcta, deinde duplum, tum arbitraria alia pœna in locum capitalis ſuccedat, teſte *Groen. ad d. t. un.* C. *d. fam. lib.* In Imperio Romano-Germanico non quidem à Jure Civili receditur, ſed tamen id multis diſtinctionibus & limitationibus temperant quodammodo Juri Canonico, & pœnam capitalem tunc locum habere dicunt, quando crimen capitale objectum eſt, quod videtur convenire *Conſtitutioni Crim. Caroli* V. *art.* 11. Divulgatores autem à capitali pœna prorſus excipiuntur, quâ de re plenius *Schultz. in Synopſ. ad t. d. Injur.*

Caput XLV.

De Publicis Iudiciis in genere.

Jus Civile.

1. JURE *Civili* Judicia criminalia ſunt vel Publica vel Privata. *pr. J. d. Publ. Jud. pr. J. d. Obl. ex del. l.* 1. *D. d. Publ. Jud.*

Jus Canonicum.

2. JURE *Can.* de omnibus criminibus publica tantum dantur Judicia, non privata *c. infames c ſcripta Fraternitatis.* 1. *c. in tantum ul. X. d. collus deteg.* (5:21.) *c. novit.* 13. *X. d. Judic.* (2:1.)

Mores.

3. *Moribus* Belgii vicinarumque regionum Jus Canonicum probatur, ſi quidem Fiſcus ejusque Procurator pœnam cujuſcunque criminis, Privatus verò damnum tantum perſequitur. Inde differentiam inter publica & privata delicta ſublatam eſſe, poſt alios, teſtis eſt *Groen. ad t. ff. d Privat. delic.*

4. Idem tamen de Imperio Romano-Germanico & quibusdam aliis locis affirmare non poſſumus, quamvis ut plurimum ibi etiam crimina perſequantur Procuratores Fiſci.

Jus Civile.

5. JURE *Civili* nemo ſine accuſatore Judicio criminali damnari debet, exceptis paucis certisque caſibus, quibus etiam per Inquiſitionem proceditur *t. t. ff. d: accuſ.* & *t. C. Qui acc. poſſ.*

Jus Canonicum.

6. JURE *Can.* aliud eſt reſcriptum *c.* 9. *X. d. Judic. c. ſi peccaverit.* 19. *cauſ.* 2. *q.* 1.

Mores.

7. *Moribus* magis ſequimur Jus Canonicum; ita ut ferè tripliciter hodie exerceatur Judicium Publicum (1) vel per Accuſationem (2) vel per Inquiſi-

Inquiſitionem, cum Judex ex officio inquirit in quodlibet crimen, (3) vel per Denuntiationem, cum privatus primum denuntiat, & poſtea Judex ex officio inquirit.

Jus Civile.

8. JURE *Civ.* nemo cogitur denunciare furem, vel alium delinquentem, quamvis eum ſciat *l.* 48. §. 1. *ff.* & *l.* 5. C. *d. Furt.*

Jus Canonicum.

9. JURE *Canonico* poteſt aliquis cogi ut furem indicet *c. qui cum fure* 4. & *ibi Gloſ. X. d. Furt.* (5: 18.)

Mores.

10. *Moribus* Ius Canonicum convenientius eſt, adeo quidem, ut ſæpe videamus puniri eos, qui delictum commiſſum ſciunt, nec tamen indicant.

Jus Civile.

11. JURE *Civ.* regulariter non proceditur per Inquiſitionem *l.* 2. §. 6. *ſi publ. ff. ad l. Jul. d. adult.* niſi in crimine Majeſtatis, *l.* 2. 3. *D. ad L. Jul. maj.* Peculatus, *l.* 4. §. 2. *ad L. Jul. pec* Domini a familiâ occiſi *l.* 1. & *t. t. D. ad ſc. Sylan.* & aliis caſibus nominatim exceptis.

Jus Canonicum.

12. JURE *Can.* in quolibet crimine poteſt procedi per Inquiſitionem, ut volunt *Gloſ.* & *Canoniſtæ in c. infames. cauſ.* 6. *q.* 1. *c. unic. X. ut Eccleſ. benef. ſine dim: conſ.* (3: 12.) *c. qualiter*, & *quando* 17. *X. d. accuſat.* (5: 1.)

Mores.

13. *Moribus* id quoque convenire, dictum ſupra, & probat Rittersh. *l. 6. c. 3.*

Jus Civile.

14. JURE *Civili* Accuſationi & Inquiſitioni præſcribitur 20 annis, quibus elapſis de crimine non amplius quæritur *l. 12. C. ad l. Corn. d. ficars. l. 2. 3. C. d. Req. & Obl. d.*

Jus Canonicum.

15. JURE *Canonico* etiam ultra id tempus poteſt inſtitui Inquiſitio *c. cum tanto* 11. *X. d. Conſubt.* (1: 4.) *c.* 8. C. 33. *q.* 2.

Mores.

16. *Moribus* plerisque in locis Ius Civile obſervatur, ut docet *Carpz. in Prax. crim. p. 3. c. 41. n. 6. Boërius deciſ.* 26. Imo in nonnullis breviori tempore præſcribitur accuſationibus, & in Hollandiâ quidem Margareta Imperatrix & Camera Hollandiæ Noorthollandis privilegium conceſſit, ut præter homicidium, incendium, & furtum, omnia crimina anno & die præſcribantur, de quo plenius *Groen. ad l.* 12. C. *ad l. Corn. d. Falſ.*

Jus Civile.

17. IURE *Civ.* poteſt quis recipere præmium pro indicatione furis vel rei furtivæ *l. ſolent.* 15. *ff. d. præſcrip. verb. l. 4. §. ult. ff. d. Cond. ab turp. cauſ.*

Jus Canonicum.

18. JURE *Can.* nil hoc nomine accipere licet *c. qui cum X. d. Furt.*

Mores.

Mores.

19. *Moribus*, ſaltem noſtris, qui Pontificiis ſacris non ſumus addicti, Jus Civile ſervatur.

Jus Civile.

20. JURE *Civ.* reus accuſatus abſolvitur, ſi accuſator non probet crimen, nec reus ſe exonerare aut purgare cogitur. *l.* 4. C. *d. Ed. l. ul.* C. *d. Probat.*

Jus Canonicum.

21. IURE *Can.* qui infamatus eſt aliquo crimine, etſi id probari nequeat, tamen indicitur Purgatio, in quâ ſi defecerit reus, punitur, tanquam convictus. *c. cum dilectis* 15. *X. d. purg. canon.* (5: 34.) *c. inſinuatum.* 13. *X. d. Simon.* (5: 3.) *c. Presbyter ſi a plebe* 13. *cauſ.* 2. *q.* 5.

Mores.

22. *Moribus* Canonica purgatio non adeo frequenter adhibetur, propter periculum perjurii, teſte *Groen. in lib.* 2. *Feud. tit.* 27. §. 3.

CAPUT XLVI.

De Quæſtionibus & torturâ.

Jus Civile.

1. JURE *Civili* Tortura eſt legitimum remedium inveſtigandæ veritatis *t. t. ff.* & C. *d. quæſt.* Adeo ut etiam in cauſis civilibus ſervi torqueantur *l.* 9. *pr. ff. eod.* & non tantum rei, ſed & teſtes nonnunquam *l.* 15. *l.* 18. §. 3. *ff. eod.*

Jus Canonicum.

2. *Jus Can.* videtur contrarium ſtatuere, & non agnoſcere hoc legitimum remedium, in *c. his* 2. *quib.* 30. *cauſ.* 23. *q.* 8.

Mores.

3. *Moribus* recepta eſt tortura, ita tamen ut neque in pecuniariâ cauſâ, neque in criminalibus teſtes quæſtioni ſubjiciantur, niſi forte graviſſimâ de cauſâ, ut pluribus docet Groen. ad *l.* 9. & *ſeq. d. quæſt.*

4. An autem tortura Juri Divino & Naturali conveniens ſit, multi dubitant, de quo *Wiſſembachad t. ff. d. quæſt.*

Jus Civile.

5. Jure *Civili* ad condemnationem ſufficit aliquem confeſſum eſſe vel convictum *l.* 16. C. *d. pœn.*

Jus Canonicum.

6. Jure *Canonico* videtur etiam invito extorquenda eſſe confeſſio *c.* 1. *X. d. confeſſ.* (2: 18.) Quod licet textus ipſe non ſatis manifeſtè exigat, tamen ex ſententiâ Canoniſtarum receptum eſt.

Mores.

7. *Moribus* fere ubique receptum eſt, ut convictus, ſi crimen neget, quæſtioni ſubjiciatur, ad pleniſſimam probationem, teſte *Carpz. Pr. crim. p.* 3. *q.* 12. *n.* 17. & *Groen. ad l.* 16. *C. d. pœnis.*

Idis

Jus Civile.

8. Jure *Civ.* Confeſſio, illegitimâ quæſtione & non juſtis indiciis extorta, non ſufficit ad condemnationem *l.* 1. 17. & *Gloſſ. in l. pen. ff. d. quæſt.*

Jus Canonicum.

9. Jure *Can.* contrarium obtinere volunt per *c.* 1. *d. Accuſat.* & *inquis. in 6.* (5: 1.)

Mores.

10. *Moribus* & rationi convenientius eſt Jus Civile, cum in omni quæſtione certa indicia, certus procedendi modus requiratur, quibus neglectis abſurdum foret, ſi tamen idem præſtaret, atque ſi obſervata eſſent. *Carpz. d. P.* 3. *q.* 12.

Jus Civile.

11. Jure *Civ.* dignitas non videtur aliquem excuſare à quæſtione, cum reatus omnem honorem excludat. *l.* 1. C. *ubi Senat. vel Clar.* (3:24.) Quamvis Eminentiſſimi, Perfectiſſimi, Decuriones & Milites excipiantur nominatim *l.* 11. *l.* 16. 17. C. *d. quæſt.* Unde ſequitur, Doctores non excuſari.

Jus Canonicum.

12. Jure *Can.* tamen videntur excuſari omnes, qui dignitate ſunt conſpicui *c. quanto.* 3. *X. d. magiſtris.* (5:5:) *Carpz. pr. crim. p.* 3. *q.* 118. *n.* 80.

Mores.

13. *Moribus* omnes torquentur, teſte Claro *l.* 5. *ſent.* §. *f. q.* 64. & Doctorum Privilegium

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

in multis regionibus abolitum eſſe, ait *Traquell. in Tr. d. pœn. temper. c. 34. n. 16.*

Caput XLVII.

De Pœnis.

Jus Civile.

1. JUre *Civ.* carcer cuſtodiæ locus eſt, non pœnæ *l. 8. §. 9. 35. ff. d. Pœn. l. 6. l. 23. C. eod. l. 2. C. d. exact. trib.* (10: 19.) quod etiam confirmat *Conſt. Car.* V. *art.* 218. quod tamen nonnunquam fallit. *l. 3. ff. d. cuſt. reor. l. 1. §. ult. ff. d. aleator.*

Jus Canonicum.

2. Iure *Canonico* autem carcer etiam pro pœnâ eſt. *c. quamvis 3. d. Pœn. in 6.* (5:8.) *c. noviſſimus. §. fin. X. d. V. S.* (5:40.)

Mores.

3. *Moribus* Jus Can. convenientius eſt.

Jus Civile.

4. Jure *Civ.* reus alio loco captus, quam in quo deliquit, neceſſariò remittendus eſt ad judicem ejus loci, in quo deliquit. *l. 7. §. ult. ff. d. accuſ. Auth. l. 7. l. 11. d. Cuſt. quâ in Provincia. C. ubi d. crim.*

Jus Canonicum.

5. Iure *Can.* illa remiſſio Urbanitatis, non Neceſſitatis eſt, & plerumque fit dato antigrapho, ſive litteris reverſalibus, quibus magiſtratus remiſ-

miſſionem rogans, profitetur ſe quandoque paria factùrum *c. Paſtoralis d. ſent. & re jud. in Clem.* (2:11.)

Mores.

6. *Moribus* Jus Canonicum probatur, teſte *Groen. ad d. Auth.*

Jus Civile.

7. Iure *Civili* veteri bona damnatorum publicabantur ob duas cauſas (1) generaliter & per conſequentiam pœnæ mortis naturalis & civilis (2) propter ſpecialem ſententiam, quâ aliis caſibus etiam hæc pœna irrogatur. Priori caſu generaliter & tacitè hæc pœna irrogabatur; Poſteriori ſpecialiter & expreſſè. Priorem iſtam confiſcationem ſuſtulit Juſtinianus per *Auth. bona damnator.* C. *d. Bon. proſcr. Nov.* 134. *inf.*

Jus Canonicum.

8. Iure *Can.* tamen prior illa confiſcatio non prorſus eſt ſublata, ſed bona graviter delinquentium ad Fiſcum Eccleſiæ deferuntur *c. vergentis* 10. *X. d. hæret.* (5:7.) *c.* 21. *quisquis l.* 7. *q.* 3.

Jus Civile.

9. Jure *Civili* bona hæreticorum non publicantur, ſed liberis orthodoxis relinquuntur l. 15. & 19. C. *d. Hæret. & Man.*

Jus Canonicum.

10. Jure *Can.* contrà publicantur, adeo ut nec filiis inde aliquid ſit relinquendum *d. c. vergentis. c. ad abolendam.* 9. *c. excommunicamus* 13. *X. d. hæret.* (5:7.)

Mores

Mores.

11. *Moribus* Belgii confiſcatio bonorum eſt arbitraria. Aliorum autem locorum mores variant, teſte *Groen. ad Auth. bona damnat.* C. *d. bon. proſcrip.*

Jus Civile.

12. Jure *Civili* in majoribus criminibus. *Homicidii*, *Adulterii*, *Raptus* & ſimilibus pœna mortis locum habet *t. t. Inſt. d. publ. jud.*

Jus Canonicum.

13. *Jure Can.* pœnitentia 7 annorum *c. hac ipſum c.* 33. *q.* 2. *diſt.* 1.

Caput XLVIII.

De Criminibus in Specie, ut de Adulterio.

Jus Civile.

1. JUre *Civili* Adulterium refertur inter crimina atrociſſima, quod ex Conſtitutione Conſtantini etiam gladio punitur. *l.* 30. C. *ad L. Jul. d. adult.* quamvis Juſtinianus diſtinguat inter adulterum & adulteram, & hanc tantùm velit in Monaſterium detrudi. *Nov.* 134. *c. ul.*

Jus Canonicum.

2. *Jure Canonico* adulterium refertur inter crimina minora, & mitius punitur *c.* 4. *X. d. Judic.* (5:1.) & *d. c. hoc. c.* 33. *q.* 2.

Mores.

3. *Moribus* nonnullorum locorum adhuc ſervatur

vatur pœna Iuris Civilis ; plerisque tamen in locis pœna adulterii non capitalis facta eſt. In Belgio adulteria perpetuâ infamiâ , mulctâ pecuniariâ, & exilio ſolent puniri, præſertim ſi iteratum ſit ſcelus, qua de re plenius *Groen. ad* §. 4. *J. d. publ. Iud. t. c. hoc ipſum, Schultz, in Synopſ. ad d.* §. 4.

Jus Civile.

4. Jure *Civ.* in viduam & virginem, etiam cum alterius marito congredientem, proprie non cadit adulterium *l.* 6. §. 1. *ff. ad L. Iul. d. adult.*

Jus Canonicum.

4. Jure *Can.* autem hoc caſu adulterium committitur *c. nemo tibi blandiatur* 4. *c. meretrices.* 11. *cauſ.* 32. *q.* 4. Ex quo conſtat J. Canon. triplex eſſe adulterium (1) Uxorati cum ſolutâ (2) Soluti cum alterius uxore (3) Mariti cum alterius uxore, quod hodie vocant duplex adulterium. Jus Civile duas poſteriores tantum agnoſcit.

Mores.

6. *Moribus* quoque ex Jure Can. ſunt tres ſpecies Adulterii , ſed non eâdem pœnâ plectuntur; Sed duplex adulterium gravius plerumque punitur, quam ſimplex, & ſimplex gravius quam illa ſpecies, quæ Jure Civili pro adulterio non habetur, teſte *Carpz. pract. crim. part.* 2. *q.* 26.

Jus Civile.

7. Iure *Civili* mulier maritum adulterii accuſare non poteſt, ſi rem cum aliâ habuerit *l.* 1. § 18. *C. ad L. Iul. d. adult.*

Jus Canonicum.

8. Iure *Can.* uxor poteſt agere ad ſeparationem thori *c. maritus.* 4. *c. intelleximus.* 6. *X. d. adult.* (5:16.)

Mores.

9. *Moribus* noſtris hæc thori ſeparatio etiam recepta eſt, ut dictum ſuprà ad *t. d. Divort.* Wurmſer. *Obſ. pract. d. matrim. c.* 6.

Jus Civile.

10. Jure *Civili* accuſationi adulterii ad ſummum præſcribitur quinquennio *l.* 11. §. 4. *ff. ad L. Iul. d. adult.*

Jus Canonicum.

11. Iure *Can.* ſecus eſt. *c. admonere.* 8. *cauſ.* 33. *q.* 2.

Mores.

12. *Moribus* verò modum accuſationis & præſcriptionis videre eſt in *Tract. gen. de publ. Judic. diff.* 5.

Caput XLIX.

De Fornicatione.

Jus Civile.

1. Jure *Civ.* Fornicatio erat licita, adeo ut etiam lenones pro lenocinio certum vectigal publicè ſolverent, & meretrices nomen ſuum apud Ædiles profeſſæ fuerint, donec id prohibuit *l.* *ult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

ult. C. *d. ſpectac. & ſcen.* Unde etiam tempore Ulpiani in multorrum honeſtorum virorum prædiis lupanaria fuere *l.* 27. §. 1. *ff. d. petit. her.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Can.* Fornicatio eſt crimen *c. nemo* 4. *c.* 32. *q.* 4.

Mores.

3. *Moribus* nec meretricii congreſſus, nec lenocinia impunè committuntur *Groen. ad* §. 4. *Inſt. d. Publ. Jud. & l. ult.* C. *d. Spectac.* (11:40.) quod & Juri Divino convenit.

CAPUT L.

De Stupro.

Ius Civile.

1. JUre *Civili* Stuprum honeſtæ viduæ, vel virgini illatum punitur publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi ſtuprator honeſtus ſit, aut coërcitione corporis cum relegatione, ſi ſit humilis. *d.* §. 4.

Ius Divinum.

3. JURE *Divino* ſtuprator cogitur ducere & dotare *Exod.* 22: 16. *Deut.* 22: 28.

Ius Canonicum.

3. IURE *Canonico* tenetur vel uxorem ducere vel dotare, & ſi renuit ſtuprator defloratam ducere, caſtigatus excommunicatusque in monaſte-

 riu

rium, ad agendam perpetuam pœnitentiam, detruditur, *c.* 1. & 2. *X. d. adult.* (5:18.)

Mores.

4. *Moribus noſtris* propius eſt Jus Canonicum: Eſt enim in arbitrio ſtupratoris, utrum velit ducere an dotare ſtupratam; Scilicet virginem; ſecus eſt in viduâ, quam ducere non tenetur *Groen.* §. 4. *Inſt. d. Publ. Jud.*

CAPUT LI.

De Raptu.

Ius Civile.

1. JUre *Civili* qui volentem & deſponſatam vi rapit, raptor eſt, & pœnâ capitali tenetur *l. un.* C. *d. Rap. virg.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* Raptus cum deſponſatâ non committitur. DD. ad *c. ult. X. d. Adult.* (5:18.) *c. cum cauſam. X. d. Rapt.* (5:17.) & raptor capite non punitur, ſed virginem cogitur dotare, & uxorem ducere, & ſi Pater conſentire nolit, raptor filiam cogitur reddere, & dotare *c.* 1. *X. d. Adult.* & *Stup.* (5:18.)

Mores.

3. *Moribus* quoque Raptus cum deſponſatâ non committitur, licet receptior ſit pœna Juris Civilis, mitigata tamen in iis, qui Raptoribus miniſterium præbuere *Groen. ad l. un.* C. *d. rap. virg.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

CAPUT LII.

De Inceſtu, & Stupro Virginis Deo dicatæ.

Jus Civile.

1. JUre *Civili* hujus criminis pœna eſt capitalis. *l. ſi quis 5. C. d. Epiſc. & Cler.* quam legem Gratianus retulit in Decretum *c. ſi quis 3. cauſ.* 36. *q.* 2.

Jus Canonicum.

2. JURE *Canonico* tamen alio loco Clericus tantum deponitur, Laicus excommunicatur *c. ſi quis.* 6. *cauſ.* 27. *q.* 1.

Mores.

3. *Moribus* apud Proteſtantes utrumque Jus exiguum habet uſum. Inter Pontificios tamen pœna Juris Civilis ſuis locis ſervatur.

CAPUT LIII.

De Sodomiâ.

Jus Civile.

1. JUre *Civ.* pœna Sodomiæ eſt capitalis *l.* 31. C. *ad L. Jul. d. adul.* §. 4. *J. d. Publ. Jud. Nov.* 77. & 141.

Jus Canonicum.

2. JURE *Can.* Laici excommunicantur, Clerici depoſiti in monaſterium detruduntur *c. Fla-*

gitia. cauſ. 32. *q.* 7. *c.* 4. *X. d. Exceſſ. prælator.* (5:31.)

Mores.

3. *Moribus* juxta *Conſt. Caroli* V. Sodomitæ vivi exuruntur *Groen. ad* §. 4. *Inſt. d. Publ. Iud.*

Caput LIV.

De Homicidio.

Ius Civile.

1. IUre *Civili* homicidii pœna eſt gladius §. 5. *J. d. Publ. Iud.*

Ius Canonicum.

2. Jure *Canonico* pœna eſt mitior: Clerici enim deponuntur, Laici excommunicantur *c. ſicut dign.* 6. *X. d. homic.* (5: 12.) Alia ſpecialis pœna, ſed tamen non capitalis, eſt populi occidentis proprium Epiſcopum in *c. ult. cauſ.* 25. *q.* 2.

Mores.

3. *Moribus* Jus Civile receptum eſt, ut notum.

Caput LV.

De Parricidio.

Ius Civile.

1. IUre *Civili* pœna parricidii eſt atrociſſima §. 6. *J. d. Publ. Jud. l.* 9. *ad L. Pomp. d. Parric. l. un.* C. *d. His qui liber. occid.*

Jus

Ius Canonicum.

2. IURE *Can.* mitior eſt pœna. *c.* 1. 2. 3. *X. d. his q. Fil.* (5: 10.) *c.* 7. *X. d. Pœnitent.* (5: 38.)

Mores.

3. *Moribus* neque Jus Civile, neque Jus Canonicum præciſe ſervatur, ſed parricidæ, pro re natâ, vel confractis prius oſſibus, necantur, vel in aquam projecti ſuffocantur, vel vivi defodiuntur, vel cujusque loci conſuetudine aliter puniuntur; ſemper tamen gravius, quam illi, qui homicidium ſimplex fecere, ut videre eſt in *Synopſ. Schultz. ad d. §. 6. J. d. Publ. Jud. & Groen. ad eundem.*

Ius Civile.

4. JURE *Civili* licitum eſt pro defenſione rerum alterum occidere, ſi quis aliter ſe defendere non poſſit *l.* 4. *ff. ad L. Aq. l.* 52. *eod. l.* 1. C. *unde vi. l.* 1. C. *quand. unic. ſui &c.* (3: 27.)

Ius Canonicum.

5. JURE *Can.* non licet, ſaltem Clerico *c. ſuſcepimus.* 10. *X. d. homic.* (5: 12.) *c. ſi quis vult, diſt.* 36.

Mores.

6. *Moribus* magis placet Jus Civile, de quo *Groen. ad l.* 4. *ff. ad L. Aquil.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

CAPUT LVI.

De Incendiariis.

1. SUb lege Corneliâ de Sicariis continetur pœna Incendiariorum.

Ius Civili.

2. JURE *Civ.* Incendiarii verberati igne necantur *l. 9. ff. d. incend. ruin. nauſr. l. 10. ff. ad l. Corn. d. Sicar. l. 28. §. 12. D. d. Pœn.* id quod etiam confirmat *Conſt. Caroli* V. *art.* 125.

Ius Canonicum.

3. JURE *Can.* mitius puniuntur *c. ſi quis domum 6. X. d. Injur.* (5:26.) *c. cum devotiſſimam. 8. c. 12. q. 2. c. 1. X. d. rapt, incend.* (5:17.)

Mores.

4. *Moribus* pœna Juris Civilis ſervatur *Carpz. p. 1: q. 38. n. 38.* In Belgio tamen nonnihil mitigatur. Strangulantur enim Incendiarii, & facies illorum tantum uſtulatur, deinde publico ſpectaculo exponuntur, teſte *Groen. ad l. 28. §. 12. ff. d. Pœn*

CAPUT LVII.

De Crimine Falſi.

Ius Civile.

1. IUre *Civili* noviſſimo pœna hujus eſt deportatio, aut, ſi magnitudo commiſſi id exigat, capitale

pitale ſupplicium, *l.* 1. §. *ul. D. l.* 22. C. *ad l. Corn. d. Falſ.*

Ius Canonicum.

2. Jure *Canonico* pœna eſt multiplex ac diverſa, pro diverſis Falſi ſpeciebus. *c.* 7. X. *d. Crim. falſ.* (5:20.)

Mores.

3. *Moribus* non una eſt in omni Falſo pœna, ſed pro diverſitate commiſſorum, diverſa pœna, ut videre eſt apud *Carpz. p.* 1. *q.* 39. & *Syn. Schultz. ac Groen. ad* §. 7. *J. d. Publ. Jud.*

Caput LVIII.

De Sortilegio.

Ius Civile.

1. IUre *Civili* Sortilegus morte punitur *l.* 3. 5. 7. 9. C. *d. mal. & Math.*

Ius Canonicum.

2. Jure *Canonico* tantum quinquennii pœnitentiâ *c. qui divinationis.* 2. *cauſ.* 26. *q.* 5. adde *c.* 2. & *ult.* X. *d. Sortileg.* (5:21.)

Mores.

3. *Moribus* Sortilegi in Imperio Romano-Germanico, & alibi arbitrariè puniuntur, uti pluribus videre eſt ex *Struvio ad t. ff. ad L. Corn. Sicar.* In Belgio ſortilegi ridentur, potius, quàm puniuntur, ſed tamen qui tales impoſtores conſulunt, mulctantur pœnâ viginti aureorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Caput LIX.

De Blaſphemiâ.

Ius Civile.

1. JUre *Civ.* hujus criminis pœna capitalis eſt *N.* 77.

Ius Divinum.

2. Jure *Divino* idem obtinet. *Levit.* 24. *v.* 6.

Ius Canonicum.

3. Jure *Canonico* mitius puniuntur *c. ult. X. d. maled.* (5:26.)

Mores.

4. *Moribus* Blaſphemi non ita capitali pœna puniuntur, ſed carcere aliâve pœnâ arbitrariâ *Groen. ad d. Nov.* 77. *ff. Trutl.* 3. *loc.*

Caput LX.

De Impoſitione Vectigalium, ſine permiſſu Principis.

Ius Civile.

1. JUre *Civili* pœna eſt perpetuum exilium *l. penult. C. Vectig. nov. inſt. non poſſ.*

Ius Canonicum.

2. Jure *Can.* mitior *c. innovamus.* 10. *X. de Cenerib* (3:39.) Scilicet ut reſtituat ablata, & exacta, ut deſiſtat, &, ſi nolit, communione Eccleſiaſticâ privetur.

Mores.

Mores.

3. *Moribus* hujus pœnæ non magnus eſt uſus, quia non a quolibet delictum hoc committi poteſt. In Belgio enim non inſtituuntur vectigalia, niſi unanimi conſenſu Dominorum Ordinum in Imperio Romano - Germanico ab Imperatore, conſentientibus Electoribus.

CAPUT LXI.

De Deſertione militiæ.

Ius Civile.

1. JUre *Civili* pœna hujus delicti eſt capitalis *l. 6.* §. 3. *ff. d. re mil.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Can.* infamia *c. infames.* 17. *cauſ.* 6. *q.* 1.

Mores.

3. *Moribus*, & diſciplinæ militari convenientius eſt Jus Civile, ut patet ex legibus militaribus. vide *Pappum in Art. Milit.* vulgo **Articulbrief.**

CAPUT LXII.

De Prohibitione Legatorum.

Ius Civile.

1. JUre *Civili*, qui impedit Legatum amicorum vel hoſtium, graviſſime punitur: hoſtibus

enim traditur, ut fiat eorum ſervus. *l. ult. ff. d. legat.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* excommunicatur. *c. ſi quis. 2. diſt.* 94.

Mores.

3. *Moribus* neque Jus Civile neque Canonicum exactè ſervatur, ſed is, qui Jurisdictionem habet, pro re natâ, in delinquentem animadvertit.

DIFFERENTIÆ IURIS CIVILIS, Canonici, & Hodierni, quoad Judicia, & Juriſdictionem.

CAPUT LXIII.

De Iudiciis.

GEneralia quædam primò præmittenda.

Ius Canonicum.

1. JURE *Canonico* Judicium dividitur in Summarium & Ordinarium; Illud dicitur in quo Summariè, i.e. ſine ordine, formâque ſolenni proceditur. *Clem. ſæpe 2. d. V. S.*

d. V. S. (5: 11.) & hoc Judicium ſummarium Jure Canonico habet locum pluribus in caſibus; ut in cauſis Clericorum, & Spiritualibus *d. Clem. ſæpe c. tua nos.* 8. *c. veſtra.* 7. *d. cohabit. Cleric.* (3:2.)

Jus Civile.

2. Jure *Civili* habemus quidem cognitiones extraordinarias, *t. t. ff. d. extraor. c.gn.* & cauſas celeriter terminandas, *l.* 14. C. *d. Agric. & Cenſ.* (11:47.) ſed tamen nomen, forma, & frequentia ſummariorum Judiciorum non eſt eadem.

Mores.

3. *Moribus* Jus Canonicum convenientius eſt, ut patet ex omnibus illis, quæ de ordinario Judicio ſcripſere *Gail. Rosbach.* aliique.

Jus Civile.

4. Jure *Civili* Judiciorum inſtantia in cauſâ civili triennio, in cauſâ criminali biennio finitur. *l.* 13. C. *d. Judic. l.* 3. *Ul. int. cer.*

Jus Canonicum.

5. Jure *Canonico* inſtantia nunquam perit *c. venerabilis.* 20. *X. d. Jud.* (3:2.)

Mores.

6. *Moribus* Jus Canonicum receptum eſt, quamvis in Belgio unius anni lapſu Inſtantia per ſententiam etiam interrumpatur, qua de re plenius *Rosbach. in Diff. Jur. Civ. & Can. Groen. ad d. l.* 13. C. *d. Judic.* Hactenus de generalibus: ſequuntur ſpecialia Judiciorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Caput LXIV.

De Foro Competenti.

Jus Civile.

1. JUre *Civili* aliquis ratione contractus Forum ſortitur in loco contractus. *l.* 19. §. 1. & *ſeq. de Iudic. l.* 45. *eod. t.* 2. C. *d. Juriſd. l. cod. ubi de Ratiocin.* (3:21.) licet ibi non inveniatur.

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* Iudex loci contractus non habet eam poteſtatem, niſi contrahens inveniatur ibidem. *c.* 1. §. *contra d. for. competit. in* 6. (2:2.)

Mores.

3. *Moribus* Jus Canonicum convenientius eſt *Gail.* 2. *Obſ.* 36. *Groen. ad l. un.* C. *ubi conv. q. cert. loc.* &c. (3:18.) & *ad t.* C. *d. Jurisd.*

Ius Civile.

4. JURE *Civili* forum competens fit ex voluntate litigantium, factâ prorogatione. *l.* 1. *l.* 2. *pr ff. d. Iudic. l.* 15. *ff. l.* 3. C. *d. Iuriſd. l. pen.* C. *d. Pact. l.* 51. C. *d. Epiſc.* & *Cler. l.* 8. C. *d. Ep. aud.*

Ius Canonicum.

5. IURE *Canonico* poteſtas illa prorogandi reſtricta eſt per *c. ſi quis Clericus X. d. for. comp.* (2:2.) *c.* 18. *ſignificanti. eod. c. non liceat.* 4. *c.* 3. *q.* 6. *c.* 1. *nullus.* 9. *q.* 2. *c.* 5. *X. d. arbitr.* (1:43.)

Mores.

6. *Moribus* poteſtas illa prorogandi non ita eſt recepta,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

recepta, ſed reſtricta: neque enim qui Juriſdictionem prorogavit invito eo, cujus Juriſdictioni ſubeſt, alterius ſe poteſt ſubjicere Juriſdictioni, neque etiam quibuslibet verbis Juriſdictionis hodie fit prorogatio *Groen. ad l.* 1. *ff. d. Iud.* & *l.* 15. *d. Iuriſd.* Moribus Belgii ſpeciale Jus eſt, quod vide in *Iſag. Hogerbecii. t.* 1.

Caput LXV.

De Iuriſdictione & Imperio.

Jus Civile.

1. JUre *Civili* merum Imperium & alia, quæ lege aut conſtitutione ſpecialiter conceduntur, mandari non poſſunt *l.* 1. §. *pen. ff. d. off. ej. cui mand. eſt Iuriſd. l.* 8. *d. Tut. & Cur. dat. junct. l.* 6. *d. Tut.*

Ius Canonicum.

2. IURE *Canonico* omnes cauſæ, ſeu Imperii ſeu Juriſdictionis, indiſtinctè delegantur *c. quod ſedem Apoſt.* 10. *X. d. off. Iud Ordin.* (1:31.) *c. in Archiepiſcopatu* 4. *X. d. rapt.* (5:17.) *c. licet.* 2. *d. off. Vicar. in* 6. (1:13.)

Mores.

3. *Moribus* Jus Canonicum receptum eſt.

Ius Civile.

4. JURE *Civili* Juriſdictio mandata morte mandantis & mandatarii finitur, niſi lis ſit conteſtata *l.* 6. *ff. d. Iurisd. Nov.* 112. *l.* 1. *C. d. lit. conteſt.*

Ius

Jus Canonicum.

4. JURE *Canonico* ſolâ citatione perpetuatur mandata Juriſdictio *c. gratum.* 20. & *c. relatum.* 19. *X. d. off. & pet. Iud. deleg.* (1:29.)

Mores.

5. *Moribus* multorum locorum Jus Canonicum ſervatur, quorundam non. Groen. *ad l.* 1. C. *d. lit. conteſt.*

Jus Civile.

6. JURE *Civili* Inferiores judices non poſſunt totam cauſam alteri mandare *N.* 53. *N.* 60. *c.* 2. & *Auth. adhæc* C. *d. Iudic.*

Jus Canonicum.

JURE *Canonico* tota cognitio poteſt alteri mandari, licet mandans eam ipſe non audiverit, nec in principio, nec in medio, nec in fine *c. ſuper quæſtionum* 27. *X. d. off. & pot. Iud. deleg.* (1:29.)

Mores.

7. *Moribus* Jus Canonicum obſervatur, teſte *Groen. ad d. Auth.*

Jus Civile.

8. JURE *Civili* ab eo, cui mandata eſt Juriſdictio, appellatur non ad mandantem, ſed ad Judicem proximè ſuperiorem. *l.* 1. §. 1. *quis a quo appell. l. un.* C. *Qui pro ſua Iuriſd. Iud. dare darive poſſ.*

Ius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

9. IURE *Canonico* ad mandantis Superiorem appellatur, ſi totius cauſæ cognitio mandata ſit *d. c. ſuper quæſtione c. Romana.* 3. *d. appellat. in* 6. (2:15.)

Mores.

10. *Moribus* Jus Civile obſervatur *Groen. ad d. t. ad d. l. un.* C. *q. pro. &c.*

Jus Civile.

11. JURE *Civili* magiſtratus majores, cauſas minores, id eſt, quæ non excedunt ſummam 300 aureorum, aliis committere poſſunt, ſive occupati ſint, ſive non *l.* 2. & *l. quædam ſunt. ult.* C. *d. pedan. Iud.*

Jus Canonicum.

12. JURE *Canonico* indiſtinctè committuntur cauſæ tam majores, quam minores. *c. paſtoralis* 28. *pr.* X. *d. off. & pot. Iud. del.* (1:29.)

Mores.

13. *Moribus* illud obſervatur *Rosbach. l.* 3. *d. differ. J. Civ. & Can. t.* 2.

CAPUT LXVII.

De Iudicibus.

Jus Civile.

1. IUre *Civili* Iudex ordinarius non poteſt recuſari *l.* 16. & *auth. ſeq.* C. *d. Iud. l.* 1. C. *quando*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

quando Imp. int. pup. & vid. &c. l. fin. C. *d. Iuriſd. enim Iud.*

Jus Canonicum.

2. Iure *Canonico* ordinarius poteſt recuſari ex juſtâ cauſâ *c.* 4. X. *d. for. comp.* (2:2.)

Mores.

3. *Moribus* receptum eſt Ius Canonicum. In eo conveniunt hæc jura, quod delegatus recuſari poſſit.

Jus Civile.

4. Jure *Civili* in cauſa ſuſpecti Iudicis, arbitri eliguntur per litigantes, apud quos & cauſa ſuſpicionis, & cauſa principalis peragitur *d. l. & auth. ſeq.* C. *d. Iud.*

Jus Canonicum.

5. Jure *Canonico* arbitri tantum eliguntur ad cauſam ſuſpicionis diſcutiendam, quæ ſi probetur, alius Iudex cauſam principalem cognoſcit, ſi non probetur, cauſa ad priorem Iudicem remittitur. *c. cum ſpec.* 61. X. *d. appellat.* (2:28.) *c.* 39. X. *d. off. deleg.*

Jus Civile.

6. Jure *Civili* cum Iudex recuſandus eſt, non requiritur, ut ſpecialis cauſa libello recuſationis allegetur, probeturque.

Jus Canonicum.

7. Jure *Canonico* contrarium obſervatur: *d. c. cum ſpec.* 61. & *c. ſecundo requiris* 41. X. *d. Appell.*

Mores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

8. *Moribus* Ius Canonicum in hac tertiâ differentiâ ſequimur, teſte, *Gail.* 1. *Obſ.* 33. *Mynſing. cent.* 2. *Obſ.* 52.

9. Quantum ad ceteras differentias, hodie quidem totum collegium Judicum non recuſatur, ſed tantum ſinguli ex collegio, qui ſi pauci ſint, cæteri de cauſâ recuſationis cognoſcunt, ſi plures, Judex ſuperior *Groen. ad d. t.* 16.

Ius Civile.

10. Jure *Civili* Judex appellationis alteri cauſam non poteſt committere, ut ſibi reſervet ſententiam *Auth. ad hæc.* C. *d. Jud.*

Ius Canonicum.

11. Jure *Canonico* ſecus eſt. *c. ſuper quæſt.* 27. §. *intentionis. X. d. off. del.* (1:29.)

Mores.

12. *Moribus* Jus Canonicum convenientius eſt. *Groen. ad d. auth.*

Ius Civile.

13. Jure *Civili* Judex ordinarius non poteſt eligi in ejus rei arbitrum, in quâ eſt Judex *l.* 9. §. 2. *ff. d. rec. arb.*

Ius Canonicum.

14. Jure *Canonico* ſecus eſt *c.* 5. *X. d. arbit.* (1:43.)

Mores.

15. *Moribus* Jus Canonicum magis convenit. *Groen. ad d. l.* 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Ius Civile.

16. IURE *Civili* Judex datus ſuper cauſâ pro prietatis non poteſt judicare ſuper ſolâ cauſ: poſſeſſionis *l.* 1. 3. C. *ſi a non conpet. Jud. fuer* (7:48.) Ratio eſt ne continentia cauſæ dividatu *l.* 10. C. *d. Jud.*

Ius Canonicum.

17. JURE *Canonico* ſecus eſt *c.* 1. & 5. *X. d cauſ. paſſ. & propr.* (2:12.) *c.* 1. *de ſequeſtr. paſſ & fruct.* (2:17.)

Mores.

18. *Moribus* Jus Canonicum convenientius eſ *Hartman. Obſ. pract. c.* 4.

CAPUT LXVIII.

De Arbitris.

Ius Civile.

1. JUre *Civili* arbiter non poteſt fieri cum Jure jurando *Auth. decernit.* C. *d. Arbit.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* ſecus eſt *Gl. in c.* 2. & *c.* 5. *X. d. arbitr.* (1:43.)

Mores.

3. *Moribus* Jus Canonicum admittitur, ita tamen, ut rarò Jusjurandum ab arbitro exigatur *Groen. ad d. Auth.*

Ius

Ius Civile.

4. Jure *Civili* in fæminas regulariter compromittere non poſſumus. *l. ult.* C. *d. recept. arb.*

Ius Canonicum.

5. Jure *Canonico* poſſumus *c.* 4. *X. d. arbit.* (1:43.)

Mores.

6. *Moribus* Jus Canonicum convenit. *Groenew.* ad *d. l. ult.*

Ius Civile.

7. Jure *Civ.* compromittere non poſſumus in duos, ita ut ſi diſſentiant tertium aſſumant. *l.* 17. §. 5. *d. rec. arb.*

Ius Canonicum.

8. Jure *Canonico* ſecus eſt *c.* 61. *X. d. Appell.* (2:28.)

Mores.

9. *Moribus* illud receptum eſt. *Groenew. ad l.* 18. *ff. d. rec. arb.*

Caput LXIX.

De Actoribus & Reis.

Ius Civile.

1. Jure *Civili* filiusfamilias non poteſt ſtare in Judicio contra Patrem, exceptâ cauſâ peculii caſtrenſis, & quaſi caſtrenſis *l.* 4. *ff. d. Iudic.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

l. 11. *eod. l.* 2. *d. Sc. Mac. l.* 16. *d. Furt. l. ul. in. f.* C. *d. Impub. Subſ.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* ſecus eſt *c. quær.* 36. *cauſ.* 2. *q.* 7. & *c.* 14. *Prohibentur.* 2. *q.* 1.

Mores.

3. *Moribus* hoc Jus ſequimur. *Groen. ad d. l.* 4.

Ius Civile.

4. JURE *Civili* filiusfamilias ſine conſenſu patris contra alium ſtare in Judicio non poteſt. *l. fin. verſ. propreitate* C. *d. bon. q. lib.*

Ius Canonicum.

5. IURE *Canonico* in cauſis Beneficialibus omnibusque Spiritualibus, Filius pubes in Judicio ſtare poteſt, etiam minor 25 annis. *c. accedens.* 10. *X. d. procur.* (1:38.) *c. ſi annum ult. d. Jud. in* 6. (2: 1.)

Mores.

6. *Moribus* Belgii videtur, quod filius poſſit in Judicio verſari ſine Patre, ſi quidem Pater nihil Iuris habeat in bona filii, ut ait *Groenew. ad pr. t.* C. *d. bon. q. lib.* & *ad t. J. per quas perſ. acq.* quod tamen non ita ſimpliciter procedit. Cæterum quin Ius Canonicum inter Pontificios ſervetur, nullum eſt dubium.

Ius Civile.

7. JURE *Civili* minor ſine curatore non poteſt in Iudicio ſtare, niſi certis in caſibus. vide *l.* 54. *d. Re Iud. l.* 45. §. *ult. eod. l.* 2. C. *Qui legit. perſ. ſtand. in Iud. l.* 4. C. *Si adverſ. rem Iud.*

Ius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Ius Canonicum.

8. Jure *Canonico* in cauſis ſpiritualibus & ſimilibus vel per ſe vel per Procuratorem, ſine tutoris vel curatoris auctoritate litigare poteſt. *c. ult. d. Judic. in 6 (2:1.) c.* 1. & 2. *c.* 20. *q.* 2. *c. ex parte* 14. *X. d. reſt. ſpoliat.* (2:13.) *c. d. crim. cauſ.* 15. *q.* 3.

Mores.

9. *Moribus* inter Pontificios hoc ſervari certum eſt, & ex parte inter Noſtros.

Caput LXX.

De Procuratoribus.

Ius Civile.

1. Ure *Civili* infamis poteſt eſſe procurator §. *ult. J. d. excep.*

Ius Canonicum.

2. Jure *Canonico* non poteſt *c.* 1. & 2. *cauſ.* 3. *q.* 9.

Mores.

3. *Moribus* hoc ut honeſtius ſervatur, teſte *Gail.* 1. *Obſ.* 43. Cæterum multis in locis officium Procuratorum hodie eſt publicum, unde exceptiones Procuratoriæ hodie locum non habent, teſte *Groenew. ad* §. 1. *Inſt. per quos ag. lic.*

Ius Civile.

4. Iure *Civili* Minor 25 annis, dummodò

major ſit annis 17. poteſt procurator eſſe §. 5. *J. quibus. ex cauſ. man. non lic.*

Ius Canonicum.

5. JURE *Canonico* minor 25 annis non poteſt *c. 5. inf. d. Procur. in* 6. (1:19.)

Mores.

6. *Moribus noſtris* id convenientius eſt.

Jus Civile.

7. JURE *Civili* mulier non poteſt eſſe procuratrix in Iudicio *l. 2. d. R. J. l.* 18. C. *d. Proc. l.* 14. C. *d. contr. ſtip. l.* 1. *d. poſtul.*

Jus Canonicum.

8. JURE *Canonico* poteſt *c.* 4. *X. d. confirm. utili & inutili.* (2:30.) & *ibi Gloſſ. in verb. Procuratriem.*

Mores.

9. *Moribus* id quodammodò receptum eſt. *Groen. ad d. l.* 18.

Jus Civile.

10. IURE *Civili* nec tutor, nec curator, nec civitatis actor negotium publicum per Procuratorem agere poteſt *l.* 74. *d. Proc. l.* 11, 23. C. *eod.* §. *ul. J. d. Curat. l.* 3. *D. quibus cuj. univerſ.*

Jus Canonicum.

11. JURE *Canonico* poteſt Prælatus Eccleſiæ, *c.* 9. *X. eod. d. Procur.* (1:38.) etiam ante litem conteſtatam.

Mores

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

12. *Moribus* id obſervatur. *Groen. ad d. l.* 74.

Caput LXXI.

De Citatione, ſeu in Ius vocatione.

Jus Civile.

1. IUre *Civili* in Ius vocatio dicitur quidem principium litis, §. *ult. J. d. Pœn. tem. lit.* ſed tamen Iudicium proprie cœptum non eſt, niſi lis ſit conteſtata *l.* 15. *ff. d. Procur. l.* 25. *d. R. V.*

Jus Canonicum.

2. Iure *Canonico* autem Iudicium ſtatim cœptum eſt a Citatione *c.* 20. *X. d. off. deleg.* (1:29.) habetque effectum cœpti Iudicii, litis pendentiam ſcilicet, & ſimilem.

Mores.

Moribus id convenientius eſt.

Jus Civile.

3. Iure *Civili* non valet citatio facta in diem feriatum, niſi cauſa ſit, quæ die feriato peragi poſſit. *l.* 2. *in f. ff. ſi quis in Jus voc. non ier. l. ult. C. d. fer. l.* 1. §. *ult.* & *l. ſeq. D. eod. tit.*

Jus Canonicum.

4. Jure *Canonico* valet, & citatus cogitur reſpondere die Juridicâ, quæ proximè feriatum ſequitur *c. cum dil.* 5. *X. d. dolo & contum.* (2:14.)

Mores.

5. *Moribus* id convenientius eſt, teſte *Mynſing. cent.* 1. *Obſ.* 77. *Gail.* 1. *Obſ.* 53. juxtà quos tamen plerumque Citationi addi ſolet clauſula de die proximâ.

CAPUT LXXII.

De Libellis.

Jus Civile.

1. JUre *Civili* actor cogitur edere ſpeciem, nomen, & genus actionis *l.* 1. *D. l.* 3. C. *d. Edend. l. ult.* C. *d. Interd. l.* 33. *d. Judic.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* non cogitur *c.* 6. *X. d. Judic.* (2:1.)

Mores.

3. *Moribus* illud ſervatur. *Groen. ad pr. t.* C. *d. edend.*

Ius Civili.

4. JURE *Civili* plures actiones in eodem libello non poſſunt cumulari *l.* 6. *d. Exc. rei J. l.* 76. *§. pen. d. Leg.* 2. *l.* 3. C. *d. Interd. l.* 16. 18. *d. Excep.*

Jus Canonicum.

5. IURE *Canonico* poſſunt. *c.* 2. & 3. *X. d. cauſ. poſſ. & prop.* (2:12.) *c.* 43. *X. d. reſcr.* (1:3.)

Mores.

6. *Moribus* illud magis convenit, dummodò cumulatio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

cumulatio illa contrarietatem aut obſcuritatem non involvat. *Gail.* 1. *Obſ.* 63. *Mynſing. cent.* 1. *Obſ.* 18.

Jus Civile.

7. Jure *Civili* plus petens, re, cauſâ, vel loco non tantum in expenſas, ſed & in ſportulas, & in triplum condemnatur §. 24. §. 33. *J. d. Act. l.* 2. §. *ult.* C. *d. Plus per.* §. 10. *Inſt. d. Except.*

Jus Canonicum.

8. Jure *Canonico* antiquata eſt condemnatio in triplum ſportularum *c. cum ab omni.* 10. *X. d. vit. & hon. Cler.* (3:1.)

Mores.

9. *Moribus* etiam antiquatæ ſunt pœnæ plus petitionis, teſte *Groenew. ad t.* C. *d. plus pet.*

Ius Civile.

10. Jure *Civili* dilatio probatoria non facile ſæpius quàm ſemel datur *l.* 1. C. *d. dilat.*

Jus Canonicum.

11. Jure *Canonico* autem ad tertiam facile pervenitur, imo etiam ad quartam, ſed tamen etiam cum ſolennitate; atque illa tempora iterum arbitrio Judicis poſſunt prorogari, quamvis quarta ſolennitatem & cognitionem majorem deſideret *c. quand. conſult.* 15. *X. d. ſent. & re Jud.* (2: 27.) *c. oblatæ.* §. *licèt.* & *c. cum ſunt Romana.* 5. *X. d. appellat.* (2:29.)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

12. *Moribus* magis Jus Canonicum convenit *Gail.* 1. *Oqſ.* 91. *Groen. ad d. t.* C. *d. dilat.*

Caput LXXIII.

De Exceptionibus.

Jus Civile.

1. JUre *Civili* exceptio, *ſi preces veritate nitantur* (quam vocant, *ſub & obreptionis*) tacite reſcriptis non ineſt. *l. ult.* C. *d. diverſ. reſcr. & pragm. ſanc.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* tacitè ineſt. *c.* 2. *X. d. reſcrip.* (1:3.)

Mores.

3. *Moribus* & rationi Jus Canonicum convenientius videtur, per ea quæ tradit *Gail.* 1. *Obſ.* 14. *Groenew. ad d. l. ult.*

Jus Civile.

4. JURE *Civili* exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi poſt biennium *t. t. Inſt. d. Oblig. litt. l.* 8. *l.* 14. C. *d. Non num. pec.*

Ius Canonicum.

5. JURE *Canonico* etiam poſt biennium poteſt opponi in vim exceptionis doli mali, per *c. locupletari.* 48. *d. R. J. in* 6. *c. ult.* X. *d. ſolut.* (3:23.)

Mores.

Mores.

6. *Moribus* Jus Canonicum quodammodò convenientius eſt, maxime in Belgio, teſte *Groenew. ad t.* C. *d. non num. pec.* Aliàs ex Jure Civili in aliis locis ſic ſervatur, ut debitor etiam poſt biennium probationem exceptionis non numeratæ pecuniæ in ſe recipere poſſit. *Schneidewinus & Schultz. ad tit. J. d. litt. oblig.*

CAPUT LXXIV.

De Iuramento Calumniæ.

Ius Civile.

1. IUre *Civili* omnes coguntur hoc Jusjurandum præſtare. Si actor recuſet, cadit cauſa, ſi reus, pro confeſſo habetur *l.* 2. §. *6. quod ſi act.* C. *d. Jur. prop. cal.* Excipitur tamen Parens & patronus, *l.* 8. §. 5. *D. qui ſat. cog.* Neque expreſſo pacto remitti poteſt hoc Jusjurandum, ſed tamen tacito, *Gail.* 1. *Obſ.* 38.

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* excipiuntur Clerici *c.* 1. X. *d. Juram. cal.* (2: 7.) quamvis Jus Canonicum ſibi non ſatis conſtet *c.* 5. *eod.* neque tamen id in Foro Seculari obſervatur.

Mores.

3. *Moribus* Belgii exiguus ſupereſt uſus Juramenti calumniæ, teſte *Groeneweg.* ad §. 1. *J. d. pœn. tem. lit.*

Jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Ius Civile.

4. Jure *Civili* ipſimet litigantes jurant *Auth. principales* C. *d. Jurej. prop. cal.*

Ius Canonicum.

5. Jure *Canonico* etiam procurator jurat in animam alterius *c. ult. d. Juram. cal. in* 6. (2:4.)

Mores.

6. *Moribus* Jus Canonicum ubique receptum eſt *Gail. 1. Obſ.* 83. *Groen. ad d. Auth.*

Ius Civile.

7. Jure *Civili* una tantum ſpecies juramenti calumniæ cognita eſt, quo ipſo etiam coërcetur malitia, & falſitas, quæ metuitur.

Ius Canonicum.

8. Iure *Canonico* tria genera ſunt, veluti Jusjurandum Calumniæ, de Veritate dicendâ, & Malitiæ *c.* 1. & 2. *d. Jur. cal. in* 6. (2:4.)

Mores.

9. *Moribus* & rationi Jus Canonicum magis convenit. *Rittershuſ. lib.* 5. *d. diff. Juris Civ. & Canon. c.* 18.

CA-

Caput LXXV.

De Litis Conteſtatione.

Ius Civile.

1. IUre *Civili* litis conteſtatio demum facit pendentiam, tumque Judicium cæptum eſt. Scilicet in actionibus perſonalibus. *l.* 30. *& ſeq. D. d. Jud. t.* 13. *Rem. rat.* in realibus ſola citatio & petitio facit rem litigioſam. DD. in *Auth. litigioſa.* C. *d. litig.*

Ius Canonicum.

2. IURE *Canonico* etiam ſola citatio, à competente Judice inſinuata. *ſupra d. cit. diff.* 1. *Clem.* 2. *Ut vir. pend. nihil inner.*

Ius Civile.

3. JURE *Civili* in omnibus neceſſaria eſt litis conteſtatio, neque aliter ſententia poteſt ferri, tam in Judicio poſſeſſorio, quam in petitorio. §. *quorum.* 4. *in f. Inſt. d. Interd.* tam in criminali, quam civili *l.* 20. *ff. d. Accuſ. l. ult.* C. *Ut intr. cert. temp.* (9:44.)

Ius Canonicum.

4. JURE *Canonico* non eſt adeò neceſſaria in cauſis matrimonialibus, electionis, & quibuslibet ſummariis. *c.* 1. *& ult. X. ut lit. non conteſt.* (2:6.)

Mores.

5. Moribus diſtinguendum eſt inter ſolennem litis

litis conteſtationem, & qualemcunque contradictionem Actoris & Rei, ita ut Moribus etiam in ſummariis cauſis poſterior illa litis conteſtatio neceſſaria ſit.

Caput LXXVI.

De Probationibus, & maxime per teſtes.

Ius Civile.

1. Jure *Civili* examen teſtium in criminalibus non poteſt committi alteri. *Auth. ad eloquentiſſimum* C. *d. fid. Inſt. l.* 3. §. 3. *ff. d. Teſtib. Nov.* 90. *c.* 5.

Ius Canonicum.

2. Jure *Canonico* poteſt *c. ſi qui teſtium* 8. *X. d. teſtib.* Opponitur *Clem. un. d. off. & pot. jud. deleg.* Reſp. verba *in civilibus* non habent emphaſin.

Mores.

3. *Moribus* Jus Canonicum convenientius eſt, teſte *Groenew. ad l.* 16. C. *d. probat.*

Ius Civile.

4. Jure *Civili* examinatis teſtibus, alii ſuper eâdem cauſâ recipi & examinari poſſunt *l.* 6. §. 1. C. *d. app. l.* 4. C. *d. ſemp. app.*

Ius Canonicum.

5. Jure *Canonico* non poſſunt *c.* 17. 18. *c. clarior. c. ſerius.* X. *d. teſtib.*

Mores.

Mores.

6. *Moribus* in Imperio Romano-Germanico prævaluit Jus Civile *Mynſing. cent.* 1. *Obſ.* 41.

Ius Civile.

7. JURE *Civili* mulier in cauſis criminalibus admittitur *l.* 18. *ff. d. Teſtib. l.* 20. §. 6. *q. teſt.*

Ius Canonicum.

7. JURE *Canonico* non, niſi civiliter agatur *c. de crimine c.* 15. *q.* 5. *c. mulierem* 33. *q.* 5. *c. ſuper eo.* 22. *c. tam litteris* 33. *X. d. teſtib.*

Mores.

8. *Moribus* Ius Civile quidem ſervatur, ſed tamen ita, ut mulieri non tam plena fides adhibeatur, quam viro *Hartm. Obſ. pract. d. teſtib. c.* 4.

Jus Civile.

9. JURE *Civili* unus teſtis non eſt audiendus *l.* 9. C. *d. teſtib.*

Jus Canonicum.

10. JURE *Canonico* multis caſibus unus ſufficit, veluti ſi ſit Epiſcopus *c. omnes* 36. *cauſ.* 11. *q.* 1.

Mores.

11. *Moribus* in foro Ius Civile ita temperatum eſt ex ſententia Pragmaticorum, ut unus teſtis non admittatur ad effectum plenæ probationis *Struv. ad ff. d. probat.*

Jus Civile.

12. JURE *Civili* teſtes inviti teſtimonium dicere-

cere coguntur *l.* 1 *.l.* 4 *.l.* 19. *ff. d. teſtib. l.* 19. C. *eod.* ſi nolint mulctâ, captisque pignoribus coërcentur.

Jus Canonicum.

13. Iure *Canonico* non ita, ſed monentur tantum regulariter *c. pen.* & *t. t. X. d. teſt. cog. vel non.* vel cenſurâ Eccleſiaſticâ coërcentur.

Mores.

14. *Moribus* Ius Civile hac in re convenientius eſt. Imò qui Iure Civili non coguntur inviti, ut conjunctæ perſonæ, tamen ob defectum aliorum coguntur Iure Hodierno. *Gail.* 1. *Obſ.* 100. ubi docet hanc communem eſſe ſententiam.

15. Quæritur an & Sacerdos poſſit cogi, ut teſtimonium dicat de rebus, quas intellexit ex Confeſſione auriculari? Negant Pontificii, adeo ut ne Pontifex quidem talem cogere poſſit. *c. ſacerdos autem d. pæn. diſt.* 6. non ut Iudex ſcit, ſed ut Deus *c.* 2. *d. off. Jud. ord.* Sed contrarium Iure Civili eſt verius: tum quod ſacerdotem non excludit, tum per *l.* 5. C. *ad L. Jul. maj.* vid. *Cubach. p.* 94. ubi refert Carolum V. capite puniviſſe Sacerdotem, qui enunciaverat ea, quæ ſibi in confeſſione auriculari erant commiſſa. Diſtinguunt etiam inter delictum commiſſum & committendum, ob quod poteſt monere eos, quibus inde periculum metuendum eſt.

Jus Civile.

16. Jure *Civili* parentes & liberi ad teſtimonium invicem, ne volentes quidem admittuntur *l.* 6. C. *d. teſtib.*

Jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Jus Canonicum.

17. JURE *Canonico* parentes poſſunt teſtimonium dicere & pro liberis, & contra liberos *c.* 14. *X. d. præſumt. c.* 6. *d.* 93. *c. videbo. &c.* 22. *X. d. teſt.*

Mores.

18. *Moribus* ejuſmodi teſtimonia quidem admittuntur, ſed Judicis arbitrio relinquitur, quantum iis fidei habere debeat.

CAPUT LXXVII.

De Inſtrumentis.

Ius Civile.

1. JUre *Civili* qui inſtrumentum caute conficere vult, peritus litterarum tres teſtes, imperitus quinque adhibere debet *Nov.* 73. *c.* 2. & 8.

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* numerus ille teſtium nullo loco invenitur, ſed unius teſtimonium regulariter tantum rejicitur *c.* 10. *X. d. teſtam.*

Mores.

3. *Moribus* etiam inauditum eſt in ullius inſtrumenti confectione adhibere quinque teſtes; ſufficiunt 2 cum Notario *Zyp. Not. Jur. Belg. ad t. d. fid. Gudelin. d. J. Nov. l.* 4. *c.* 11.

Jus Civile.

4. JURE *Civili* in inſtrumentis publicis nomen

men Imperatoris præponendum eſt. *Nov.* 47. *c.* 1.

Ius Canonicum.

5. Iure *Canonico* hoc non requiritur, ſed uti multis locis Imperium præponitur, ita in terris Eccleſiæ nomen Pontificis inſtrumentis ſolet præponi, uſu potius & interpretatione Juris Canonici, quam expreſſâ ſanctione.

Mores.

6. *Moribus* in Hollandiâ aliiſque Regionibus, quæ neque Imperatori, neque Pontifici ſubjacent, neutrum ſervatur, teſte *Groen. ad d. Nov.* 47.

Caput LXXVIII.

De Sententiâ.

Ius Civile.

1. JUre *Civili* Sententia ferenda eſt in Procuratorem, qui litis dominus factus eſt, in Dominum lata non valet *l.* 1. C. *d. ſent. & interloc. omn. Jud.* Ratio eſt in *l.* 22. C. *d. Procur.*

Ius Canonicum.

2. Jure *Canonico* perinde eſt, ſive in dominum, ſive in Procuratorem feratur *c. querèlam* 24. *ibiq. Gl. X. d. elec. & elect. pot.*

Mores.

3. *Moribus* Jus Canonicum tam in Belgio, quam in Imperio Romano-Germanico aliiſque locis ſervatur. *Mynſing. cent.* 6. *Obſ.* 11. *Gail.* 1. *Obſ.* 111. *Groen. ad d. l.* 1. C. *d. ſent. & interloc. omn. Jud.*

Ius Civile.

4. Jure *Civili* Judex ſententiam interlocutoriam, quam tulit, retractare poteſt citra appellationem *l.* 14. *ff. d. re Jud.*

Ius Canonicum.

5. Iure *Canonico* (quo appellationes ab interlocutoriâ admittuntur) Judex etiam poteſt retractare poſt appellationem *c.* 59. 228. *X. d. appell. c. a Judice d. appell. in* 6.

Mores.

6. *Moribus* in Belgio Judex interlocutoriam retractare poteſt juxta Jus Civile, in aliis locis non æque. *Groenew. ad d. l.* 14.

Ius Civile.

7. Jure *Civili* quælibet ſententia, à quâ non eſt legitime appellatum, accipit vim rei judicatæ, quæ pro veritate habetur *l.* 1. *C. ſent. reſc. non poſ. l.* 25. *d. Stat. hom. l.* 207. *d. R. J.*

Ius Canonicum.

8. Iure *Canonico* ſententia in cauſâ matrimoniali, nunquam accipit vim rei judicatæ *c.* 7. *&* 10. *X. d. ſent. & re Jud.*

Mores.

9. *Moribus* Jus Canonicum cum hac diſtinctione receptum eſt; (1) An pro matrimonio, an contra illud lata ſit ſententia? (2) Si pro, an matrimonio obſtet impedimentum, an non? teſte *Gail.* 1. *Obſ.* 112. quem vide.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

CAPUT LXXIX.

De Appellatione.

Jus Civile.

1. IUre *Civili* non licet regulariter appellare ab interlocutoriâ, neque ab articulo aliquo, vel parte litis, ſed a definitivâ, totam litem concernente, eſt appellandum, niſi interlocutoria habeat vim definitivæ, aut contineat damnum irreparabile *l.* 7. C. *quor. app. non rec. l.* 2. C. *d. Epiſ. aud.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* generaliter & indiſtinctè appellatur à quolibet gravamine, non ſolum ſententiæ definitivæ, ſed & interlocutoriæ, ſive ante, ſive poſt litem conteſtatam prolatæ. *c. ſuper eo* 12. *X. d. App. c. non ita. c.* 2. *q.* 7. Imo etiam de gravamine futuro *c. cum dil.* X. *d. dol. & cont.*

Mores.

3. *Moribus* Jus Canonicum in omnibus fere Judiciis receptum eſt, præterquam tamen in Camerâ Imperiali. *Gail.* 1. *Obſ.* 129. *Rittershuſ. l.* 5. *c.* 25. In Galliâ & Belgio omnium, etiam contumacium, appellationes ferè recipiuntur *Groen. ad pr. t.* C. *q. app. non recip.*

Jus Civile.

4. JURE *Civili* à ſententiâ ſuper Judicio poſſeſſorio latâ non appellatur. *t. t.* C. *Si de mom. poſſ.*

Jus Canonicum.

5. JURE *Canonico* a poſſeſſorio ordinario appellatur. *Clem. un. d. cauſ. poſ. & prop. c. ſignificaverunt. X. d. teſtib.*

Mores.

6. *Moribus* diſtinguitur inter effectum Devolutionis & Suſpenſionis. *Perez.*

Ius Civili.

7. JURE *Civili* appellatio debet fieri gradatim *l. 1. ff. quis. & a quo. ap.* Nov. 17. *c.* 13.

Jus Canonicum.

8. JURE *Canonico* poteſt, omiſſo intermedio Judice, rectà appellari ad Pontificem *c. cum dilecti, & c. ſi duobus X. d. appel. c.* 4. 5. 6. 7. 15. 16. *cauſ.* 2. *q.* 6.

Mores.

9. *Moribus* in foro extra terras Eccleſiæ, ſervatur Jus Civile, dummodo Judex, ad quem appellatur, non ſit ſuſpectus *Gail.* 1. *Obſ.* 28. *Mynſ. cent.* 1. *Obſ.* 67.

Ius Civile.

10. JURE *Civili* non appellatur à ſententiâ Præfecti Prætorio. *l. un.* C. *ne in ead. cauſ.* (7: 70.)

Jus Canonicum.

11. JURE *Canonico* contrarium obtinet *c.* 65. *X. d. appell.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Mores.

12. *Moribus*, Electores æquiparantur Præfectis Prætorio.

Ius Civile.

13. Jure *Civili* is, qui appellavit in unâ cauſâ a Judice aliquo, coram eodem cogitur experiri in aliâ, neque hoc nomine poteſt eum declinare, tanquam ſuſpectum *l. un. ff. Apud eum, à quo appellatur, aliam cauſam agere, compell.*

Ius Canonicum.

14. Iure *Canonico* poteſt eum refutare, quamdiu pendet illa appellatio *c. adhæc* 6. *c. propoſui* 24. *X. d. Appell.*

Mores.

15. *Moribus*, hoc Jus Canonicum extra terras Eccleſiæ non ſervatur.

Jus Civile.

16. Jure *Civili*, appellatione interpoſitâ Judex primæ inſtantiæ nihil poteſt novare *l. un. ff. app. int. ni. innov.*

Ius Canonicum.

17. Iure *Canonico* Judex primæ inſtantiæ novare poteſt. *c.* 59. *X. de Appellat.*

Ius Civile.

18. Jure *Civili*, appellare volenti ſpatium decem dierum præfinitum eſt. *Auth. Hodie.* C. *d. Appellat.*

Jus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Ius Canonicum.

19. Jure *Canonico*, Judex poteſt appellanti terminum appellationis proſequendæ præſcribere, *c. cum ſit.* 1, *c. reprehenſibilis.* X. *d. Appellat.*

Mores.

20. *Moribus* Jus Canonicum non ita uſu receptum eſt.

Ius Civile.

21. Jure *Civili* frivolam & fruſtraneam interponens appellationem, 50 aureis punitur *l.* 5. C. *quor. app. non rec.*

Ius Canonicum.

22. Jure *Canonico* in expenſas condemnatur *d. c. reprehenſibilis* 16. *ſi autem. X. d. Appell.*

Mores.

23. *Moribus* aliâ atque aliâ pœnâ temerè appellans punitur, pro diverſitate locorum, pro arbitrio Iudicis. *Groen. ad d. l.* 5.

Caput LXXX.

De Expenſis & Sportulis.

Ius Civile.

1. Jure *Civili* expenſarum taxatio, & condemnatio rejicitur in finem litis. *l.* 13. §. 6. C. *d. Judic.*

Jus Canonicum.

2. Iure *Canonico* condemnatio illa ſtatim fit,

 non-

nonnunquam ſub finem litis, & plurimum hìc arbitrio Iudicis permiſſum eſt. *c.* 5. *X. d. Dolo & contum.*

Ius Civile.

3. JURE *Civili* Iudicibus delegatis dantur ſportulæ, ſecundum modum definitum in *l.* 4. C. *d. Sport.* N. 17. *c.* 1. N. 82.

Ius Canonicum.

4. JURE *Canonico* Sportulæ non dantur, ſed tamen viatica. *c. cum ab omni. X. d. vit. & hon. Cler. c. ſtatutum §. in ſuper ut gratis d. Reſcr. in* 6.

Mores.

5. *Moribus* Novella 82 præciſè non ſervatur. Solent tamen etiam Iudici delegato honoraria dari, quæ definita ſunt in nonnullis locis.

CAPUT LXXXI.

De Executione.

Ius Civile.

1. IUre *Civili* Executio differenda eſt, ſi petatur reſtitutio in integrum *l. un.* C. *in integ. reſt. poſt.*

Ius Canonicum.

2. JURE *Canonico* ſententia prius executioni mandatur, ut tamen victor præſtet cautionem, ſe omnia reſtiturum ſi reſtitutioni in integrum locus ſit. *c. ſuſcitata X. d. reſ. in integr.* Atque hoc

ntel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

intelligunt, ſi præſumptiones quædam militent contra poſtulatam reſtitutionem.

Mores.

3. *Moribus* Ius Canonicum tam in Foro Seculari, quam Eccleſiaſtico, tam in Belgio, quam aliis in locis obſervatur *Mynſ. cent.* 1. *Obſ.* 48. *Groen. ad d. Auth. d. l. un.*

FINIS.

INDEX

Omnium Capitum, & rerum maxime notabilium, quæ in hoc Tractatu *explicantur.*

A.

De

ACademiarum, & Doctorum inſtitutione ac creatione. Pag. 35
Actoribus & Reis. 131. & ſeq.
Adulterio. 110. & ſeq.
Antichreſi. 86
Apoſtilicis Regulis. 1. & ſeq.
Appellationibus. 147. & ſeq.
Arbitris. 130. & ſeq.
Auctoritate Canonum Apoſtolicorum. 1. & ſeq.
——— *Juris Canonici.* 4. & ſeq.

B.

De

BEnedictione Sacerdotali. 57
Blaſphemiâ. 120

C.

De

CAnone, ejuſque à lege differentiâ. 2
Canonibus Apoſtolicis. 2
——— *Canonum auctoritate, numero, & Codice.* 2.6

Can-

Cancellariâ Apoſtolicâ. 15
Calumniæ Juramento. 139
Citatione. 135
Clementinis, earumque compoſitione, auctoritate, & allegatione. 12
Compromiſſo. 27.130
Concubinis. 61. & ſeq.
Conſecratione. 29
Contractibus. 80. & ſeq.
—— *Bonæ fidei, & ſtricti Juris.* 82. & ſeq.
Coronatione Regum & Imperatorum. 40.41
Criminibus. 101.110
Curâ. 62. & ſeq.

D.

De

DAmno Injuriâ dato. 96
Decreto, ejuſque Partibus. 3
—— *Allegatione.* 5. & ſeq.
—— *Auctoribus, & auctoritate.* 4
Decretalibus, earumque compoſitione, collectoribus, auctoritate, materia, ordine, allegatione. 11.12
Decretalium Libro VI. 10
—— *Ejuſdem auctoritate, & allegatione.* 11.12
Decretalium Libro VII. 15
Degradatione. 37
Depoſitione. 37
Deſertione militiæ. 121
Dignitate Epiſcopali. 39
Divortio. 59. & ſeq.
Doctorum creatione. 35
Donationibus. 69
Donatione Conſtantini M. 22

Electione.

E.

De

ELectione. 27. & ſeq.
Emphyteuſi. 94
Emtione Venditione. 92. 93
Epiſcopis, eorumque Iure & Poteſtate, &c. 30. 36. 39
Exceptione non numeratæ pecuniæ. 91
Exceptionibus. 138
Excommunicatione. 37
Executione. 152
Expenſis & Sportulis. 151

F.

De

FAlſo. 118. & ſeq.
Fideicommiſſis. 71. & ſeq.
Fidejuſſoribus. 89
Fine & Scopo Juris Canonici. 17. 18
Fornicatione. 112. & ſeq.
Foro Competenti. 124 & ſeq.
Furtis. 96

G.

De

GRadibus. 79

H.

De

HOmicidio. 116. & ſeq.

INDEX.

I.

De

Imperio. 20. 145
Impoſitione Vectigalium. 120
Inceſtu. 115
Incendiariis. 118
In Ius vocatione. 136
Injuriis. 99. & ſeq.
Inſpiratione. 27. 28
Inſtrumentis. 145
Interdicto Eccleſiaſtico. 37
Inventario, ejuſque beneficio. 78
Judicibus. 117. & ſeq.
Judiciis in genere. 122
Judiciis Publicis. 101. & ſeq.
Jurejurando. 83. & ſeq.
——— *calumniæ.* 139
Jure Perſonarum. 43. & ſeq.
Jure rerum. 64
Juriſdictione. 145
Juris Canonici [illegible]*ymologiâ.* 1
——— *Uſu & Abuſu.* 16. 17. v. Præfat.
——— *Neceſſitate & Utilitate.* v. Præf. & Teſtim.
——— *Origine* 2
——— *Partibus.* 2. 3. & ſeq.
——— *Allegatione.* 2. & ſeq.
——— *Auctoritate.* v. Teſtimon.
——— *Inſtitutionibus.* 14
——— *Fine & Scopo.* 2. 3. 17. 18
——— *Nævis & Vitiis.* 18. 19

Legatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

L.

De

LEgatis. 71. & ſeq.
Legatorum prohibitione. 121
Lege Diœceſanâ. 33. & ſeq.
Legitimâ. 75. & ſeq.
Libellis. 126
Libello Famoſo. 99. & ſeq.
Literarum obligatione. 91
Locatione conductione. 94

M.

De

MAtrimonio. 50. & ſeq.
Militiæ deſertione. 121

N.

De

NUptiis. 47. & ſeq.
—— Clericorum. 51

P.

De

PActis. 80. & ſeq.
Paleâ; quid, & unde dicta? 6. & ſeq.
Pallio. 29
Pœnis. 108. & ſeq.
Patronatus Jure. 32

Poſtu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Poſtulatione. 28.29
Poteſtate Summâ. 20
—— *Imperatoris.* 20.21
—— *Pontificis Rom.* 21.22.24
Poteſtate Subordinatâ, ut Epiſcoporum, &c. 25. & ſeq.
Poteſtate Patriâ. 46
—— *Dominicâ.* 43. & ſeq.
Præſcriptionibus. 67
Probationibus. 142. & ſeq.
Proclamationibus Eccleſ. 57.58
Procuratoribus. 133. & ſeq.
Probibitione Legatorum. 121. & ſeq.
Publicis Judiciis.

Q.

De

QUæſtionibus, & Torturâ. 105

R.

De

RApinâ. 99
Raptu, raptore, & raptâ. 54. 114. & ſeq.
Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ. 15
Reis. 131

S.

De

SCrutinio. 27.28
Separatione thori, & menſæ. 59.61
Sententiâ.
Servitute. 43.66

Ser-

Sortilegio. 119. & ſeq.
Sponſalibus. 47: & ſeq.
Stipulatione. 87
Stupro. 113. & ſeq.
Succeſſione ab Inteſtato. 79
Synodorum convocatione. 43. & ſeq.

T.

TEſtamentis, & aliis Ultimis voluntatibus. 71
Teſtibus. 142. & ſeq.
Theſauro. 65
Torturâ. 105. & ſeq.
Traditione. 64. & ſeq.
Tutelâ & Curâ. 62. & ſeq.

V.

VIſitations Eccleſiarum. 34
Voto. 85. 66. & ſeq.
Uſucapionibus. 66

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
390 M 8